uatio. Q̃ si dixerit quia cum ipm esse creatoris. Qualiter igitur erit ptraria tempori esse quippe creatoris non habet contrarium neq; oppositū neq; non esse. Sicut iam te scire feci in alijs. Si vero dixerit quia esse eternitatis est aliud ab ipo eē creatoris cepit igitur eternitas cum omne aliud ab ipo ceperit. vel quia nondum illud declaratum est dicam. quia eternitas est ad minus possibile esse in seipsa. ꝛ propter hoc definibilis et cessans abesse quātum in ipa est. Jam autem transiuisti hec vbi dictum est quia nihil recipit contrarium suum vel essencie sue. Non eñ est nigredo dealbabilis vllo modorum nec frigiditas calefactibilis nec ipsa indefinibilitas definibilis. Si vero dixerit quia eternitas est cōtinuitas essendi erit eadē questio. Q̃ si quis dixerit quia ipa est priuatio inceptibilitatis et definibilitatis cū cōstet ꝓuationes nihil esse tunc consequens est et concedat eternitatem nihil esse. ꝛ neq; etiam posse esse q̄ multofortiꝰ de tempore verisimile cum totum ꝓteritum tempus iam non sit et totum futurum nec dū sic medium vero nulla particula temporis sit. Q̃ si dixerit quis q̄ eternitas ē status creatoris vel stabilitas qua stat inesse suum in inceptibiliter et indefinibiliter. et per omnem modum influxibiliter non effugiet per viam istam. Eedem enim questiones sunt de statu et stabilitate. Dico igitur quia eternitas non est nisi esse creatoris aut creatoꝛ ipe. sed nō eternitatē pdicit q̄ esse ipius videlicet ꝓuationes incipiendi et definendi. Similiter ꝛ fluxus at q̄ mutationes et hoc tam actu q̄ potēcia q̄ reuera esse creatoris sequūtur multe ꝓuationes huiusmōi quibus vtcunq; insinuat nobis gloria et magnificētia ipiꝰ. Q̃ si dixerit quia indefinibilitas non est pura priuatio sed est fortitudo et firmitas ipius esse creatoris. phibens ab eo definitionem et inceptionem ꝛ actu et potentia non est dicendum. q̄ huiusmōi homo erret sed de fortitudine huiusmōi et firmitate restant eedem questiones que de eternitate precesserunt quare non effugiet qn reuertatur in idipsum q̄ dixi videlicet qa et eternitas et indefinibilitas ꝛ cetera huiusmodi non significant nisi esse creatoꝛ. Sed vt ph horum ab inceptione ꝛ definitione et fluxu et mutatione. Siue autem dicas esse sic phibitum. siue esse cum huiusmodi phibitionibus non refert et eternus et eternitas non differunt. Sicut deus et deitas et non dubitat aliquis intelligens quin deus sit sua deitas et econuerso. Sic eternus deus et eius eternitas res vna sunt. Licet igitur abstractiuum videatur nomen deitatis nō est ita abstractiuū nec aliquid delinquatur de significatione nominis concretiui q̄ est deus. imo totū significat q̄ hoc nomen deus nisi fortitā i alia significatione. Q̃ si abstraheret nomen eternitatis solas ꝓuationes a significato huius nominis eternus tūc ꝑculdubio significaret res que nō essent que ꝓuationes tm̄ ꝛ verum significaret ista oratio eternitas nihil est.

Q̃st hoc autem conueniens est vt
p inquiram de sermonibus cōmunibus quibꝰ dicunt homines omnia et presentia ꝛ futura ꝛ preterita esse in eternitate. Simul presentia ꝛ etiam simul videri ac simul eisdem essent. Et quid sit eē in eternitate necnō et comparationē eternitatis ad tempus vbi ꝛ ponaꝫ ymaginabile comparationis ipsorum adinuicem. Primum igitur inquirā vtrum eternitas ꝓcesserit ꝛ quantum et qualiter. Dico igit aut eternitas ꝓcessit tempus aut non ꝓcessit. Si non precessit eadem ratione nec ꝓsecutus est tempus quare simul incepit cū tempore et simul desinet et erit equalis eidem ꝛ erit finita si tempus finitum est. Si vero infinitum non erit maioꝛ eternitas q̄ tempus cuꝫ nec prius fuerit nec post futura sit Si vero precessit tempus aut precessit eā tempore siue parte temporis aut parte sui autem se tota et tempore quidē non potuit ipsum ꝓcedere cum nullū tempus fuerit ante totuꝫ tempus. precessit igitur tempꝰ eternitas vel se tota vel aliqua parte sui. Manifestuꝫ autem est quia non parte aliqua sui ꝓcessit ipsum cuꝫ partem non habeant quare precessit eam tota se. quemadmoduꝫ dicitur q̄ linea quelibet tota se maioꝛ est quolibet puncto. q̄ si verum est tota igitur eternitas fuit ante tempus ꝛ tota precessit ipsum. quare postea nihil de eternitate vel fuit vel futuruꝫ est. Amplius. Si tota eternitas precessit tempus eadē ratione tota sequet ipm. quare tota futura est post ipsum. nihil igitur de ea vel est modo vel fuit ante.

Amplius. Jpsum esse temporis cepit et habuit ꝑmum sui eius nonesse anteq̄

esset tempus aut erat perpetuum. aut erat eternum. et eternum quidem dici nō potest fuisse cum sit terminatum siue finitum in ipa creatione primi instātis totius temporis. Perpetuū vero dici non potest cuz non inceperit quoniam defierit deest igit hic prima nominatio. Dico igitur quoniam non esse temporis econtrario se habz perpetuitas. perpetuū autē habet inceptionem siue desinitionem. nō esse vero temporis definitionē sine inceptione et ppter hoc nominari potest ppie an ppetuum quoniam econtrario se habet illi. Eternitas vero et se tota precessit tempus z se tota est posterior tempore. Causa autem in hoc est quoniaz tota semper est eternitas nihil de ea succedit nihil eius omnino fuit quare non sequitur. Si tota fuit ante tē pus vel precessit eternitas. quoniam ppter hoc nihil eius futurum sit. quemadmodū si quis dicat quoniaz deus totus est in celo z supra terram ergo nihil eius est in terra vel sub terra. esse enim eius in celo sup terram non phibet esse ipsum in terra et sub terra. quoniam totus vbiq; sit eternitas tota semper et ppter hoc esse ipaz ante tempus non phibet ipam eē post tempus. Apparet etiam tibi ex hoc quia ppetuitas et antippetuitas non completū durationem eternam siue eternitatem durationis et hoc est quoniam potest aliquid medium intercidere. sicut vides q; perpetuitas anime humane que nunc creatur z antiperpetuitas ipius non esse celi nō cōplent vnam durationem eternam. Deest enim ab huiusmodi durationē eterna tota duratio celi a creatione sua vsq; in presens nunc. Caue autem tibi ab huiusmōi comparationibus non enim sicut linea dicitur maior pūcto suo iniciali vel terminali maior se tota. Sic potest dici. q; eternitas maior tempore se tota quēadmodum nec ipse creator potest dici mundo maior se toto. primum. quia magnitudo creatoris et magnitudo mundi non vniuoce dicuntur et ppter hoc non sunt ad inuicem comparabiles sicut alibi didicisti. Deinde cū punctus inicialis vel terminalis alicuius linee sint in eodem situ et punctus in linea et de linea sit tota linea et reuera est post punctum. et detracto puncto de linea nulla particula ppter hoc detrahet. et ideo linea nō fieret minor. Non ita autem se habent eternitas z tempus. nō em eternitas puuctus tempis est nec velut in eodem situ aut eadem serie sunt eternitas z tempus. Similiter nec deus z mundus sic inuicē habent nec anima humana nec corpus ipius. Si vero queritur de eternitate an sit in tempore distinguendum est indubitanter quēadmodum et cum dicit an deus sit in tempore. Non enim est in tempore Sicut sepe dictum est. sed cōmunicabiliter vt ita dicatur est enim duz tempus est et quandocūq; aliquid temporis est. Qd si quis dixerit. quia si sola comitantia huiusmodi facit deum esse in tempore. Juxta modum istum posses dicere q; es in qualibet domo et qualibet ciuitate quoniam es dum quelibet domus aut ciuitas est. Tu scis in hoc quia esse in tempore et esse in loco non dicuntur intentione vna esse enim in loco hoc est circundari et contineri ab ipo loco. motus autem qui est in tempore nec circundatur eo modo a tempore hoc est per omnem diuisionem et partem sed quasi per longum successionis applicatur ei. z propter hoc solū breue et longuz de tempe dicitur in nominibus diuisionum latum enim z strictum altum et pfundum nequaq; de tempe dicuntur. Motus ergo dicitur in tempore ppie q; ipsuz precise comitatur videlicet q; nihil habet ante primum seu principium motus. nihil post vltimum sine sententie ipius et ista comitantia est mensuratio tēporalis quāq; longe sit a creatore qui z tēpus omne eternaliter precessit et eternaliter post ipm futurus est et ipm tempus illum continue deserit dū quotidie et irretinibiliter vt dictum est fluit. Ille stat immobiliter p omnem modū influxibiliter vsq; quaq;. Et igitur huiusmodi comitantia inter creatorem et tempus qualis cogitari potest inter stantem in vltimitate stabilitatis et fugientem in vltimitate fugacitatis.

b Ijs autem ita se habentibus pse quar ō hoc q; omnia dicūtur esse in eternitate a quibusdam z mundi inibi z hoc simul et quid sit ppie ac vere esse in eternitate. Dico igitur quia ppe et vere esse in tempore est esse mensuratū a tempore scōm longum successionis ipsius temporis z ppie et vere esse in eterni-

tate erit esse in statu et vltimitate stabilitatis hoc autem solius est creatoris altissimi et benedicti. Amplius. Si solum vere ac ꝓprie temporale est solus ꝓprie et vere in tempe. Solum ꝑpe ⁊ vere eternus erit solum vere ⁊ ꝑpe in eternitate. Et respondeo in hoc quia ita est videlicet q̄ solꝰ creatoꝛ in eternitate est vere ac ꝓprie. Ratio enim eternitatis vt supꝛa dixi tibi non est duratio non habens ꝓncipium neq; finē imo neq; status qualez descripsi tibi videlicet in quo nec fluxus nec mutatio nec ꝑ⁹ nec posterius q̄ est dicere status ꝑ omnem modū influꝫibilis ininceptibilis indefinibilis impartibilis. Qui autē omnia dicūt esse in eternitate Si recte intelligūt pene eandem habent intentionem in sermone isto quā habent cū dicūt omnia eē in deo hoc enim sermone intelligunt ipm creatoꝛem immensitate sue amplitudinis omnia circundare et ambire. et velut intra claudere ipsi etiam dicunt per moduz istum tempus esse in eternitate et volui et fluere ipsum intra immensitatem eternitatis. quemadmoduz ⁊ totus mundus mobilis voluitur et mouetur intra immensitatem ipsius creatoꝛis cum ipsum totaliter circundet immensitas creatoꝛis est em supꝛa ipsum vt dominatus altissimus ipius et infra ipsum et supportans ipsum et subsstentans ne recedat in non esse ⁊ circa ipsum vt conseruās ipm atq; custodiens.

Bonauentura libꝛo. j. distin. xxvij. q. ij.

Contra omne quod cōnotat temc poꝛale dicit tempaliter ꝫ verbuz non dicit tpaliter in diuinis q; in ꝓncipio erat ꝟbū. ergo verbū nō ꝓnotat tpale. q; oīs creatura vel creatū tpaliter incipit accipiēdo large tēpus. ergo verbum nihil connotat in ꝓpatione ad creaturas. Si tu dicas q̄ ꝓnotat in habitu nō i actu sicut eterna dispositio et predestinatio.

Contra si nūq̄ aliqd fieret vel fiendū eēt adhuc pater seipm diceret. ergo ⁊ ꝟbū mēte concipet. ergo verbū eēt si nūq̄ vlla creatura esset futura vel pꝛesens ergo ⁊c.

Itē dicere verbū est necessariū ⁊ ꝑductio ꝓsone ē necessaria. ꝫ ꝑductio creature ē voluntaria. vnde cū ꝑducit eam posset nō ꝑducere. si ergo simpliciter necessariū nō claudit in se cōtingens verbū non dicit respectum aliquem ad creaturam.

Ad hoc dicendū q̄ nullū eternū cōnotat tpale. dicendū q̄ verū ē in actu. vnde verbū ꝓpe loquēdo nō ꝓnotat effectū sed dicit respectū nō ad creaturam iam existentē. vel etiā futurā tm verū etiā possibilē fieri ⁊ sic patet responsio ad istam instantiaz Ad illud q̄ obijcit q̄ ꝑductio verbi est necessaria et eterna sed creature voluntaria. Dicēdū q̄ q̄uis actualis ꝑductio creature sit voluntaria. tamē potēcia ꝑducendi et scientia ē necessaria. Impossibile em est deum non posse. ⁊ impossibile est deū nescire creaturas ꝑducere.

Eo vero q̄ dicunt omnia pꝛe
sentia esse in eternitate ⁊ simul
d questionē habet qualiter hoc
intelligant. Contraria enim simul in eodez esse non possunt quomodo igitur ē. Socrates in eternitate est ne ibi simul senex et puer. Sanus et eger. et an est ibi sola senectus eius an sola puericia an sola sanitas. an sola egritudo socratis an ambe. an neutra. Q̄ si neutra nō sunt igitur omnia in eternitate. Q̄ si ambe cū in eternitate nō sint ꝓius et posterius neq; ante nec post. Erunt igitur simul in eternitate quare socrates erat puer et senex sanus et eger in eternitate ⁊ ad hunc modū se habet de omnibus alijs contrarijs et quibus inuicem est permutatio. Et generaliter quomodo intelligūt ea esse in eternitate simul que simul esse nūq; potuerūt in tempoꝛe. Amplius. Aut sunt in eternitate que pꝛeterierunt aut que futura sūt scōm veritatem suā. hoc est ꝓout fuerunt et futura sunt aut non. Si sic ergo cum fuerint et de futura sint scōm ꝓius est posterius et in oꝛdine successionis erunt similiter et in eternitate erit igitur in ea ꝓius et posterius et ante et post et successio. Jam autem ꝓhibita sunt nomina huiusmodi ab eternitate. Si vero non fuerint tibi fm suam veritatem quam dixi cum alīū modum essendi non habeant q̄ successiuum et oꝛdinatum vt dixi vel nullomodo igitē erūt tibi. aut figmentaliter et falso erūt tibi. Dico igitur in hoc quia me et te iam expedini super hoc nihil enim temporalium ꝓut iam tibi patefactum est in eternitate vere ac ꝓprie esse potest. Sed sermo huiusmodi hominum habet intentionē huiusmodi quia omnia q̄ habet eternitas sunt apud eaz semper pꝛesentia cū nihil apud eam influat aut pꝛetereat. incipiat aut de-

sinat. Quz ergo generaliter intelligunt de rebus omnibus. hoc est temporalibus et spiritualibus quia omnia hec sunt in eternitate presentia intelligunt indubitanter q̄ creatori eterno qui est lucidissimus aut infallibilis conspector omnium seculorum habet omnia sibi presentia hoc est videt et intuetur. quoniam non magis videt p̄sentia q̄z preterita vel futura vel quolibz modo aliter absentia. Sicut enim nihil addit cognitioni luminosissime ipius rerum presentia vl existentia illa nihil detrahit eidē eorum preteritio vel futuritio Causa autē in hoc est quoniam creator non videt per aliud q̄z per seipum. ipe enim est sibipi lux per quam videt et ipemet est sibipi similitudo vel exemplum vel speculum in quo videt quid videt Se enim ipsum intuens videt omnia de hoc tamen faciam consideratione que tibi sufficere debeat in tractatu qui sequitur istum.

Exemplū vero ymaginabile comparationis eternitatis et temporis qō pmisi tibi est vt ymaginer totam immensam eternitatē et intra eam totam temporis ita q̄ tangat eam in vno puncto tm̄ hoc enim alibi didicisti quia si ue circulus circulum. siue spera sperā contingit. et hoc sit intra siue extra in vno tm̄ puncto cōtingere necesse est. Quia igitur eternitas tota stat vt audisti et tota simul est ymaginare quia quattenꝰ rota temporis rotam eternitatis tangit quattenus et tm̄ est. quare quia punctatim tm̄ tota sua revolutione ipsaz tangit punctū t est ipm tempus et ꝓpter hoc nihil totum de tempore simul est. Simile est si ymagineris totam eternitatem luminosissimam et lumi nositatem eius esse ipm esse ipius vel entitatem et ex ea influere lumen eius super tempus quattenus ipum tempus receptibile est ipius. et quoniam non est receptibile ipius esse scōm totalitatem aliquam hoc est neqz scōm suam totalitatem neqz scōm totalitatem alicuius ex partibus suis nunc fluit lumen essendi ab eternitate super ipm nisi punctatim. quēadmodum neqz tangibilis ē rota huiusmōi nisi punctatim ꝓpter fluxum enim suum irretinibilem nō est illuminabile nisi punctatim. Adiuuaberis etiam in hoc si ymaginatus fueris aquā exeuntem de vase aliquo guttatim vel aliter exire nequeuntē. adeo em̄ est fortis potencialitas adoqz angusta vt de ea exire nisi punctatim tempus nō possit in actum sicut angusta foraminis ex antedicto vase non permittit exire ex eodem aquam nisi guttatim. omniū quippe rerū creatoris debilioris esse ē tempus. hoc autem apparet ex hoc quia actualitas eiꝰ est in vltimitate paruitatis. potencialitas vero econtrario. est enim tempus scōm nimium sui hoc est scōm punctum tm̄ et est nō est scōm plurimū sui. t istud esse intelligo hic vltimū actualitatis illud vero nō esse hoc est q̄ competit tempori. intelligo hic plurimum potencialitatis. Admiratione autem dignū videtur q̄ inter forte eē eternitatis et debilissimū esse temporis medium non est vt videtur. Illud em̄ si eēt medium aut esset fluens totaliter vt tempus aut esset totaliter permanens vt eternitas et vtro istorum modorum esset medium t hoc non esset vnuz. imo esset aggregatio eternitatis et temporis. Si ve permanēs. permanens esset pars eius. et vere fluens esset pars altera. Qd si quis dixerit qz orison eternitatis et temporis quē ponūt phylosophi est medium cōmunicat enim vt videtur vterqz. et iste orizon non est nisi ꝓpetuitas t ꝓpetuitas cōicare videt cuz tempe inceptionē t cū eternitate idefinibilitatē. t ꝓpter ista duo dixit phylosophus ipm eē orizontē eternitatis t tpis t pꝰ eternitatē supra tēpus pꝰ eternitatez inq̄z ꝓpt inceptionē. Supra tēpus vo ꝓpter indefinibilitatē eē t isti videbant sentire tempꝰ eē finitū id ē finibile duratōne q̄ntum ad hoc q̄ dixi supra tēpus orizonta vo noiauit ipam ꝓpetuitatē orizon t circulus ē dinides duo emispia videlz id qō appet de celo sup terrā q̄ ē indubitater medietas ipius t id qō appet q̄ scz tra ꝓhibet videri qō est ex necessitate reliq̄ medietas Un videt itelligi q̄ i ipo inicio ꝓpetuitatis eēt divisio tāq̄ p media ipiꝰ eternitatis sic supra dixi tibi. Sz hmōi eternitas n̄ pt itelligi nisi tps eternū orizon aūt itelligit orianti zona et vulgarit oꝛ hmōi circulꝰ finitor visꝰ nostri. Unde solē et lunā t stellas tunc videre incipimus cum orierint motu suo revolutionis super orizontem nostrū. Tunc vo ea videre definimus cum descendunt subter ipum. Potest autem et merito queri. quid intelligit phylosophus quia oīa esse. aut est ante eternitatem et supra ipaz

aut est in eternitate ⁊ cum ipa aut est post eternitatez ⁊ supa tempus vt anima que est in orizonta eternitatis. Nihil autē potest intelligi ante eternitatez esse aut vltra ipam nisi ipe creator benedict⁹ ⁊ hec anteriozitas vel pozitas nō potest esse nisi causalitatis qua generaliter causa omnis efficiens intelligitur poz esse oīm causato suo Impossibile enim est vt eternitate ⁊ tempoze pcesserit eternitatē tempe quidē ipm preceßisse eternitatem est impossibile qm̄ tunc necesse esset temp⁹ illud pcessisse eternitatem quare eternitas esset finita et terminata ad temp⁹ illud. Similiter impossibile ē q̄ creator eternitate pcesserit eternitatem. tunc enim oporteret q̄ vel eadez eternitate pcesserit eam vel alia Si eadē esset igitur eternitas eadem poz seipa. Si vero alia esset igitur eternitas altera post alteram ⁊ hoc non posset esse nisi vno duozum modozum videlicet vt aut sine medio esset post illam aut non. ⁊ tunc eēt terminata ad illam ⁊ inciperet ab illa quem admodū dies ad suum crepusculū vel noctem precedentem immediate ipsum. Si vero medium esset inter duas eternitates essz posterioz eternitas terminata ad illō ⁊ inciperet ab illo. ⁊ ita esset finita ab illa parte eternitas. Manifestuz igitur est q̄ ante eternitatem nihil est durationē. q̄ nec tempoze nec eternitate vt iam patefeci tibi. Eodem modo se habet a parte altera. Q̄ igitur creator benedictus dicitur esse ante eternitatem ordinis dicitur non per ordinē durationis aut successionis.

f Lito etiaz q̄ eternitas ista non est scōm Aristotelem neq; scōm intētionem cuius physicus est iste sermo nisi tempus eternū hec est duratio ex vtraq; parte infinita. Uerum an huiusmodi duratio possibilis sit in aliquib⁹ rerum creatarum faciam te scire in sequentibus et declarabo. quia nec temp⁹ nec aliud continuum vllo modozū potest esse infinitum. In hac ergo continuitate et cum ea posuit Aristot'. esse intelligentias decē vel plures si plures eēnt q̄z decem. hoc em̄ non determinauit in methaphysica sua. Sed posuit tot esse intelligentias mouentes corpora celestia quot erant motus celestes. sed neq; numerū motuū celestium declarauit tractatu qui adhuc ad me pue nerit. Inductus autez fuit ad exponendū intelligentias in eternitate specialiter credulitas autem qua credebat credidit eas nihil habere in potentia ⁊ propter hoc nihil eis addere posse. nihil nominis posse acquiri ab eis. Sed totū abesse actu quic quid habere naturaliter poterant et propter hoc nihil eorum que habent eis posse fluere nihil eorū q̄ nō habēt ad eas posse influere ⁊ hec est quedā indubitanter ppinquitas et vicinitas ad eternitatē.

m Jrabile autem est ⁊ questionē habens nō leuem q̄ habet sermo propheticus ipius pphete hebreoz̄ ⁊ legislatoris ipoz. Dominus inquit regnabit ineternum ⁊ vltra. Et alius eiusdē gentis pphēta. dominus regnabit ineternum ⁊ in seculum seculi. Aut igitur aliqd est vltra eternitatem ⁊ post ipam aliquid inq̄z q̄ est vel tempus vel eternitas vel perpetuitas aut non. Si sic tu scis q̄ hoc iam pbibitum est per ea que preceßerunt. ex eo enim sequeretur eternitatem esse finiendaz ad illud si immediate esset vltra eternitatem. Si vero medium intercederet inter illud et eternitatem finiretur ex necessitate eternitas in illo medio ⁊ ad illud. Si vero nihil est post eternitatē tale quomodo igit̄ regnabit in eo de⁹ nec in hoc enim videlicet q̄ aliqd sit nec in eternitate nec in perpetuitate. nec in tempoze. nec nunc tēporis. propter hoc visum est aliquibus q̄ hec sit intentio sermonis illius. Dominus regnabit ineternum et vltra. hoc est quantumlibet ⁊ vltra diuisiue scilicet ac si diceretur per mille annos et vltra ⁊ per centū milia annoz. ⁊ vltra ⁊ ita in ifinitū. Sy qualiter exponent illud aliud. Regnabit ineternum ⁊ in seculum seculi. Uidetur ergo seculū seculi intelligere seculum q̄ est futurum post presens seculum. id est post seculuz q̄ modo est ⁊ scōm hoc ineternū esset intentio designans presens seculum tm̄ Uerū posset aliquis intelligere quia seculū seculi expositio eius est q̄ dixerat in eternū. ac si diceret. Dominus regnabit ineternum. hoc est in seculū seculi. Jam enim declaratum est tibi. quia eternitas sicut precedit seculuz pēns ⁊ tempus. Ita et seq̄ illa intra enim ipam sunt sicut in pceden-tibus audiuisti Si quis autē dixerit dictū esse per figurā quā grecivocat ypbolem tu

ne mireris quia in libris prophetarū q̄ indubitanter sunt diuina eloquia ⁊ oracula inuenitur iste modus locutionis si ciuitates dicuntur ibi ad celum vsq; murate per hmōi igit̄ tropus locutiōis q vocat excessiuus noluit designare īfinitatē creatoris. Debes autem reminisci quia alius pphe ta eiusdē gentis dixit de creatore. Qui fecit terram in sempiterno tempore. Qualiter ergo intellexit tempus sempiternū. Similiter ⁊ si in scripturis xp̄ianorum sepissime legit vita eterna et felicitas eterna dāda dei electis et amicis post hanc vitam. Est igitur ibi abusio ppria acceptio nominationis eterne felicitas enim que danda est post hanc vitā necessario incipiet tunc quare non ppter hoc eterna dici potest. Eternam igitur dicunt p perpetua. Sic ⁊ sempiternū vocant tempus ppter multā durationem ipius. Si enim vt quidaz putauerunt tempus totum hoc est in totalitate sua acceptum videlicet q̄ cepit a creatione mundi ⁊ terminabitur die vniuersalis iudicij. Septem miliū annorum est tm̄ multa indubitanter est duratio ipius ⁊ p pter hoc vocauit ipm̄ pphetа sempiternū

b iis autem ita determinatis pseq̄r tibi inrta pmissum quia seculum accipitur scōm duas intentiōes videlicet et p rebus ipis quēadmodū mundus vocatur seculuz. Unde et paradysus celestis vocatur seculum alterius. Seculū etiam p̄sens dicit status ille instabilitatis et mutabilitatis in qua sumus et iste sunt intentiones huiusmodi seculum ⁊ sūt valde vsitate. Tercia vo intentio est eiusdem qua accipitur p tpe vel alia duratiōe siue sit ppetuitas siue eternitas. Quantū autē tempus intelligatur seculum. Alij dixerūt centum annorum tempus seculum esse forsitan autem huiusmōi tempus verius dicit̄ generatio. Sicut ostendā tibi in sequētibus vsitatius autem dicit seculū spaciuz qō est inter quascunq; duas magnas mutationes et hijs mutationibus que sepe fiunt in mūdo isto terreno. Magnas autē mutationes istas intelligo mutationes regnorū mutationes sectarū. mutatiōes legum. renouationes eccl̄ie siue vniuersaliter siue pticulariter fiāt dūmodo sint magne. quemadmodū renouatio magna facta ē generis humani p diluuiuz q̄ sub deucalione dicitur inundasse maxima vero p diluuiū qō sub noe dicitur fuisse. Sed si peste vl̄ fame aut tempestate aut terre motibus fierent magne destructiōes hominū et animaliū. Dico q̄ essent vl̄ inicia vl̄ termini seculorum et dicūtur hmōi tpa secula ⁊ ipm̄ tempus. Seculū assequēdo hoc ē succedendo ppter fluxuz successionis p̄nue vt q̄busdam visum est. Magis tamen videri potest q̄ dicatur seculū a sectando p pter sectiones eius continuas ⁊ diuisiōes infinitas quibus nō solūmodo diuiditur sed etiam sectatur et abrumpitur ab ipso esse preteritione continua et huic intentioni attestatur scriptura nominis illius. Si enim ab eo q̄ est sequor sequer̄ nomina tum esset. Scribendum videretur per litteram q. Scribitur autem per litteram c. Debes etiaz scire quia secula alij minora alij maiora posuere. alij enim centum annorum spaciuz vt prediri tibi. Alij vo mille annorum spacium. ⁊ isti sunt qui diuise runt totum tempus durationis mūdi inferioris in septem ciliadas hoc ē millenarios. Unde ⁊ scripserunt magnas quasdā mutationes que facte sunt et etiaz que future sunt vt dicunt. Fuerunt ⁊ alij qui cōsiderantes totum tempus ab inicio mundi inuenerūt mutationes magnas factas in eam a sexcentis in sexcentos annos fere ⁊ intelligo mutationes magnas exortr regnorum magnorum ⁊ destructione ipo rum aut in toto. aut in magna parte. Similiter et legum magnarum atq; sectarū constitutiones et destructiones sicut manifestum est tibi de regno hebreorum ⁊ lege. quando exterminata sunt et principe. ⁊ exercitu romanorum. Deinde sexcentesimo fere anno exorta est lex machometi et regnum eius et destructa lex xp̄ianorū et regnum in arabia. perside indya. silia e thiopia et egypto et hyspaniarum q̄ sunt vltra mare parte maxima. Similiter agtania et galliarum parte. Postmoduz autem inualescente regno francie destructū est regnum sarracenorum et secta eorū exterminata vsq; ad fines yspalis que vulgo cibilia vocatur. et percussum grauiter ē regnum illud et secta etiam in capite suo scilicet in vrbe maroquensi ⁊ finibus eius p idem vero tempus quo secta sarracenorum orta est. Imperium romanū pene destructum est partim pergētes secte sarracenorum partim per barbaras nationes multas Simul mutatio facta est in regno seu impio grecorz qō pstātinopolitanū vocat

Et iste omnes mutationes vltimo sexcentenario in cui⁹ fine sumus facte sunt. In p̄cedenti vo cū in cui⁹ fine sum⁹ sexcentenario ꝛ fere q̄draginta annis añ exorta ē lex xp̄ianoꝝ ꝛ regnū ip̄oꝝ. Utrū autē ita se habeat vitas p oēs sexcētenarios annorū q̄ fluxerī ab initio mūdi scire poterī cronicī. Quid aūt futuꝝ sit p⁹ hoc de mutationibus magnis astronomi p̄diuinare conantur ex p̄iūctione planetaꝝ que futura ē in libra. Causa autem in hoc est. qa omnes huiusmodi mutationes attribuūt cōiunctionibus istis et motib⁹ stellarū fixarū. Manifestum etiā est tibi ex hūs q̄ p̄cesserunt quia q dixerunt coꝝū p trianꝝ nouem secula viuere intellexerunt secula centenarios annoꝝ qa p trescentenarios annos vel nouē opinati sūt viuere coꝝū. Generatio autē nō immerito credi potest spaciū centū annoꝝ ꝛ tunc intelligēda est dici a genere ꝛ reuera tamdiu se eē de eodem genere homines dicunt q̄diu patrē generis agnoscunt et tamdiu etiaꝫ grad⁹ parētele et cognationū pputāt ꝛ hoc ē spacium vite hominis nisi ipum aut malicia cōplexiōis. aut alia incōmoditas abreuiet. extenditur aūt plurimū in plures q̄ centum annos sepius nec cōtrahitur in paucos. Sciendū etiā est tibi. quia generatio dicitur interdū totū tempus quo generāt homines quēadmodum ꝛ generatio dicitur tempus renouationis ip̄oꝝ hoc est resurrectionis et iste intentiones inueniunt in lege xp̄ianoꝝ que grece euangelium vocatur. Nec dubitandū est tibi quin generatio etiam vnū genus aut vna pgenies nominet. pgenies aūt generatio ē ex vno p̄mo ac p̄ncipali capite famoso. scilicet ac nominato plebe. ibi gppe homines et ignoti non dant nomen generibus. nec eis ascribuntur genera vel generationes. Sed illis qui patres simul ac p̄ncipes gerū suoꝝ habētur. Etas autē pp̄e et p̄ma sui cognitione dicitur tempus vite vnius cuiusq̄ animalis. Dicitur etiā ꝛ status vni cuiusq̄ ptis scōm quā est mutatio in ipso animali. Sicut in homine nominant etates sex. Infancia puericia adolescētia. Iuuentus. Senectus et seniū et figurate trāslata sunt ista vocabula ad status populorū. Sicut ꝛ qdam ex hystoriographis infantiā populi romani etiā etates assignauit ꝛ adaptauit eidē trāsfertur etiā ꝛ ad totus hui⁹ mundi terreni stat⁹ boc ē totius hūani generis. Uñ ꝛ crebro dicūt homines mundū senuisse alii eundē senescere. Cuī vero idem est scōm quendā. Unde ꝛ apō hystoriographos iuenies isti homines nō fuerunt eui nr̄i hoc est tp̄is nostri. Dicunt autem quidam ytalicoꝝ euum interdum eternitatem accipit ꝛ ab eo. id ēab eternitate tempus fluere.

Lito post hec quia in sermonibus
ſ autenticis inuenit scriptum dies
antiquos ꝛ annos eternos. Et numerus annoꝝ creatoris inestimabilis et anni eius non deficientes. Quib⁹ omnibus sermonibus nihil aliud cōuenienter intelligi potest q̄ ip̄ius eternitas nomina omnium dierū et annoꝝ fluentis et omino instabilis durationis nomina sunt. p⁹pria intentione sua. necesse igitur ē vt huiusmodi nominibus nō aliud intelligat q̄ eternitatem creatoris qualem eam esse ia perius audiuisti. Juxta has intentiones intelligenda sunt tibi secula seculoꝝ infinita immortalia. Unū enim seculuꝫ vt fuit p⁹pria dixi tibi eternitas ē que nec recipit diuisionem in se neq̄ aggregationē alterius et ideo non pp̄e significatur per secula. qz in ea non est seculū et seculū. Sed nec ipa ppetuitas que inciperet a die iudicii recipit aggregationem nisi quis dicat quia ppetuitas glorie que p̄mittitur electis atq̄ dilectis dei et ppetuitas miserie atq̄ supplicioꝝ quibus affligendi sunt mali et iuditio creatoris damnandi due perpetuitates sunt. hoc autem non videtur cōuenienter dictum. Sicut enim rn vno et eodē tēpore quibusdam hominū bene est et quibusdam male. Sic et in eadem perpetuitate bene enim glorificatis et male damnatis et ppetuitas scōm quosdaꝫ non est nisi tempus interminatū a pte finis hoc ē non habens finem. Utrū autē veri nominis tempus vel alia magnitudo continua possit esse infinita declarabit tibi in sequētib⁹. Qd ergo habet sermo sanctus ō dei dilectis et electis quibusdam q̄ fulgebūt tanq̄ stelle imppetuas eternitates. Manifestū est tibi quia improprie dicitur hoc neq; enim eternitas ppetua neq; perpetuitas eterna vere dici potest rationes enim eoꝝ sunt sicut apparet tibi ex hūs que p̄cesserunt. Sed neq; eternitas recipit vt dixi aggregationē siue pluralitatē.

ſ Liendum etiam ē tibi circa hec ea
sermo sanct⁹ h⁹ cuiusdā ex ppheī

hebreoꝝ quia tempus inimicoꝝ dei erit in secula. Erit igitur vt videtur ineternum et sine fine. Verum quoniam nuda ꝓmissio siue ꝑdictio nec comminatio ē a malis suis. nec ꝓmissio est boni quo deberant illi ꝓuocari ad ea que recta sunt. ad huiusmodi sermonibus nō videtur vllo modoꝝ qō tempus accipiat ibi. Scōm intēcionē qua tempus dicit mensura motus. Quapropter visum est quibusdā q tps ibi accipiatur temporalitas. id est instabilitas qualem passuri sunt irreuocabiles a malis suis homines. In inferno quippe si erit ibi vicissitudo tormentoꝝ vt vnum post alterū infligatur erit et ibidē veri nominis tempus. Si em̄ non fuerit ibi vicissitudo hmōi sed omnia tormenta sil̄ cruciabunt illos et hoc absq; fluxu vllo ⁊ transitu iporū. Forte multis non videri possit esse apud iferū veri nominis temp⁹. Si em̄ totū qō meruerunt tormentoꝝ simul habebūt nihil i posteꝝ vl̄ vltra timētes vl̄ expectātes ſ totū ꝑsencialit̄ paciētes statꝰ iste indubitanter non est status temporalitatis quinpotius multum similis statui eternitat̄. Sicut ⁊ felicitas sanctoꝝ ⁊ hoc est omnibus opinionibus magis ꝓgruēs doctrine xp̄ianoꝝ. sicut em̄ felicitas q electis dei ꝓmittitur nō ꝑ partes eis reddenda est neq; pars post partem. Sed tota simul alioquin nunq; eēt completa illa felicitas neq; integra et ꝓp̄t hoc neq; eēt veri nominis felicitas neq; integra. ſ necesse est et in cōtraria miseria se habere et tota simul miseria malos obtineat. Signanter ergo dictū videtur erit tempꝰ eorum in secula ac ſi dictum esset quia tempus huiusmodi. id est status eis competens erit in secula. hoc est ineternuꝫ ꝑ modum et similitudinem quo exposui videlicet in quo simul totum maluꝫ sit qō passuri sunt ꝓculatim siue ꝑ partes.

b diar ꝓmissam inuestigationem ⁊ declarationem de nouitate et antiquitate vniuersi vniuersaliter et de temporalitate. atq; eternitate ipius. Et ē intentio mea in sermonibus istis an sit ipm vniuersum nouum. an antiquū qō est dicere an temporale. vel eternum. an cepit esse ⁊ an desituruꝫ sit. Uniuersaliter autem dixi ꝑ eo. quia nō est intentio mea inuestigare de partibus singulis vniuersi hoc ē vniuersitatis creaturaꝝ. Non enim intendo de singulis creaturis perscrutari videlicet de socrate. de platone an eē ceperint quoniam huiusmodi nullam habent dubitationem vel questionem. Sed de partibꝰ magnis eiusdem de speciebus atq; generibus rerum creatarū.

Onam igitur in primis opinionē
p Aristotelis et rationes que ipsum in opinionem suam de hoc induxerunt. et alias etiam contra eundem ad hoc ipm mouere potuerunt Quicqd igit dicatur et quicunq; conuenitur excusare Aristotel̄. hec indubitanter fuit eius sentēcia. q mundus est eternus ⁊ q non cepit esse et de motu similiter sensit et Auicēna post eum et adduxerunt rationes et ꝓbationes ad hoc. Similiter et alij expositores eiusdem Aristotel̄. ad ipum senserunt atq; fecerunt. Prima igitur ratio eoꝝ est hec quia creator vel ꝑcessit mundū vl̄ nō precessit. Si non ꝑcessit. Nō fuit ergo creator quin et mundus esset. mūdus igitur non incepit esse et hoc est q intendunt vl̄ creator non fuit ante inceptionem mundi et ꝓpter hoc tunc ꝑmū fuit quando mundus incepit esse. Incepit igitur eē cū mundo. hoc autem impossibile manifestū est q nec ipi huiusmōi sentencie professores recipiunt. Si vero precessit mundum creator ⁊ non ꝑcessit ipm. vt ait Auicenna tempore non ꝑcessit igitur ipum nisi quedam causa precedit effectum. Jam autem audisti. quia est etiam alius modus precessionis et dixi tibi in precedētibus quia eternitas precedit tempus et hoc in infinitum cum infinita sit. quare cum creator eternꝰ sit et in tota vt ita dicatur eternitate semp fuerit in infinituꝫ creator precessit mūdū ⁊ vt dictum est tibi tota eternitate creator ꝑcessit mundum. Adiuuandus igitur est in hac ratiocinatione Auicenna. Ita eniꝫ ꝓcedit ac ſi non esset alius processionis modus q̄ duo illi quos nominauit potuisset igitur dixisse ꝓ sententia sua. Si creator ꝑcessit mundum fuit igitur creator vl̄ quādo nec dum mundus erat vel fuit creator sine mundo. ymaginare igitur q aliqua creatuta esset in eternitate cum creatore et cogitaret apud se de mundo an esset futurꝰ aut non. vel ſi potuit dici in eternitate mūdus est futurus quia reuera nō poterat dici in eternitate mundꝰ ē. alioqn

mundus esset in eternitate et eet eternus. alterū igr isto⁹ poterat ve dici mūd⁹ erit. mūdus nō erit. Nō poterat q⁹ ve dici mūdus non erit vel non ē futurus. futur⁹ em̄ ab eterno poterat ve dici mūdus erit. vel mundus ē futur⁹ igr vel nullo intermedio erat futurus mundus vel aliquo intermedio. Si nullo intermedio erat igr futurus subito post quare iam erat instās incepti onis ipius z ppter hoc cū ipo creatore extitit. Simul ei sunt inter quo⁹ exīstentia⁹ nihil ē mediū. Q̄ si dixerit qs quia tota eternitate p̄cessit creato⁹ mōm ergo i finito vl' in infinito p̄cessit mundū post huius modi igr dictū in infinitū subsecutū ē esse mundi. non ei ve diceret in infinitū post hāc dictione⁹ erit mundus in infinitū longe ab ista dictione mea eet creatio mūdi. quare nunq̄ p̄ueniret ad eā. Infinitū ei intransibile est vt alibi didicisti p Aristotelem. Q̄ si dixerit ita ac si loqueret creato⁹ in semetipo in eternitate sua et ante tp̄us et loqueret de creatione mundi z diceret creo mundum aut creaui aut creabo. Si diceret creo mundū vel creaui cum ipossibile sit manifeste ip̄m dicere vel dixisse falsum ante tempus igr fuisset verū ip̄m crere vel creasse mundū quare ante tempus fuisset mundus fm hoc z ideo etern⁹ Q̄ si diceret creato⁹ ante tempus creabo mūdum aliquātu⁹ igr post dictionē hmōi creaturus erat mūdus quantu⁹ igr ē q̄m necesse ē vt sit vl' tota eternitas vel ps eternitatis aut tempus. Si tota eternitas cum impossibile sit eā finiri impossibile erit venire ad creationē mundi vt dixi cum ipossibile sit illā finiri. Si vo ps eternitatis est id hoc iam phibui in p̄cedentib⁹ videlicz eternitatē habere ptem. Q̄ si etiā cōceda tur hoc scilicet ptem hr̄e eternitatē z pars illa p̄cessit creationē mundi z intercessit inter p̄dictam dictionē creatoris duob⁹ modis destruit hoc. p̄mū q⁹ nihil dixit apud se creato⁹ q⁹ non dixit ab eterno quare impossibile est ptem eternitatis solam interdictam dictionē et creationē mundi interuenisse. Secūdo mō q⁹ illa ps eternitatis ex necessitate tota transiuerat quādo mūdus creatus ē aut nō tota. aut nihil de ea Si tota erat igit finita z insup finiens ad modū tpis nec inuenies differētia int illā z tempus. Non habebit igr fm hoc tem necessariū z hoc ē q⁹ ipi intēdūt. Si vo nō tota trāsiuerat neq⁹ aliqd de ea q̄n mūd⁹ creatus est duo incōuenientia sequuntur Primum quia fm hoc creatio mundi fuit in ea. z cum ea quare creatus fuit mūdus in pte eternitatis et ppter hoc in eternitate scōm hoc etiā ps illa nō erat media inter mundi creationē et creatoris dictionē. Quia igr ista incōuenientia sunt z ipossibilia necesse est id ex quo sequit incōuenies eē et impossibile. Illud autē ē ex quo sequunt oīa hec incepto mundi et nouitas creationis ipsius. quare impossibile ē vtrūq⁹ istorum.

Secunda ratio auicenne sup hoc ē

§ Intellect⁹ ingt purus et verus te statur quia si fuerit eēncia vna ex omnib⁹ modis. sicut fuit p̄mus quando ex ea non erat aliqd hoc est quando non opabatur vel efficiebat aliqd z inde opabatur vel efficit aliquid. tunc ex necessitate operabat et efficiebat illud p̄us alioquin inquit quomodo operaretur nūc potius q̄ p̄us quare si p̄us nō operabatur neq⁹ modo et vt adiuuem ip̄m sicut audiui prius. Dico quia dicere potuisset ex eodez ero⁹e quo dixit hoc. quia hoc generale est et in causis naturalibus. et in causis voluntarijs siue operationibus et ponam exempla de ambab⁹. Si em̄ ignis calefaciat aliquid modo q⁹ p̄us nō calefaciebat. necesse est ex aliquo modo⁹ suo⁹ non se habeat sicut p̄us. q̄ est dicere. q⁹ necesse est in ipso igne factam esse mutationē aliquam aut in dispositionib⁹ seu pparationibus Uerbi gr̄a in ipo igne nō erat tante quantitatis prius vt posset calefacere illud. postea nec creuit eousq⁹ vt posset calefacere ip̄m. In dispositionibus vo et comparationibus si forte p̄us erat interpositū prohibens calefactionē vel minus longe erat ab ipo calefactibili. aut ip̄m calefactibile habebat in se aliqd q̄ phiberet vl' impediret calefactionem vel congelatā duriciā vel ferrū vel aspersionē aque super ip̄m vel si nimis cito sublatū ē calefactibile anteqū compleri posset compatio ignis i ipo Sunt forsitan et alia impedimēta alie cōparationes et dispositiones. In būs oīnibus apparet. q⁹ cū ignis opatur operationē suā aut in se passus ē mutationē aliquā ex dispositionibus et compationib⁹ suis ad calefactibile ē fm eē z nō esse. Colligit igr Auicēne q⁹ ignis non opabitur opationem suā modo si p̄us eam nō operabatur nisi ex aliquo suo⁹ modo⁹ aliter se ha

berēt mō q̄ p̄us. Eodē mō se hꝫ videt et volūtarijs tam opatorib⁹ q̄ opationib⁹ Si em̄ artifex q edificat domū ex oīnibus modis suis ē sicut erat p̄us quā nō edificabat. Si p̄us nō edificabat neq; mō aut si mō ꝛ p̄us necesse ei ē vt vel in seipam nouā dispositionē receperit q̄lis est potestas operādi vl̄ edificādi volūtas sciētia et ars aut q̄ exterius ex aliquo modoꝝ se habeat aliter q̄ p̄us. q̄ ē dicere q; noui sumpt⁹ accreuerit ei q̄s nō habebat p̄us. aut opera rū. aut materia siue q̄ edificari nō potest dom⁹. aut q̄ impedimentū aliud sublatū est. aut nouū adiutoriū ablatū. ꝛ hoc manifestū ē in oīni artifice ꝛ operāte volūtarie. Si ei nec potestate. nec sciētia. necvolūtate se hꝫ aliter q̄ p̄us vllo modoꝝ. Si militer et adiumēta ac impedimēta edificatiōis ex oībus modis sunt ei vt p̄us. Si opaꝝ mō necesse ē vt et oparet p̄us aut si nō p̄us opabaꝝ. Que enīz inq̄t ratio esse potest vel causa vt poti⁹ mō opet q̄ p̄us Quia igr̄ creator bñdictus ex oīb⁹ mōis suis erat ante q̄ crearet mōm vel mūdus eēt ab eo. quemadmodū et in ipo puncto tpis quo creauit ipsum cū p̄us illū nō creasset nec tūc creauit ipm et p̄us ex necessitate. Q̄ aūt ex oībus modis suis ab eterno fuerit creator sicut ꝛ cū creauit mundū

Manifestū ē cū ipe sit in vltimitate īmutabilitatis p oīa ꝛ exteri⁹ nec adiumētū nec ipedimentū habuit vllo modoꝝ cū nihil eēt ante vniuersi creationē q̄ ipsuꝫ vel adiuuare vel ipedire posset et generaliter cū nihil oīno eēt p̄ter ipm. ipm enīz vniuersuꝫ siue mūdus ipossibile ē vt intelligaꝝ vl̄ adiuuās vel impediēs creationē p̄am. q̄re necesse est creator ē q̄ cito fuit q̄ ē dicere ab eterno munduꝫ ipm creasse cū nihil nouū emerserit in ipsa creatione mūdi q̄ ipam creationē adiuuerit. nihil defuerit tūc q̄ ei⁹ creationē añ vl̄ phibuisset vel impediuisset. ꝛ vt clarior atq; validior sic ista rationatio addo q; nulla oīno nouitas facta ē in posse vel scire vel velle creatoris nec circa ea vl̄ aliq̄ illoꝝ. nec circa aliqd aliud ipa creatio ó q̄ nemo intendit q̄ ei⁹ nouitas vel eius entitētia fecerū debere creari mundū potius tūc quando creatus ē q̄ nō vel q̄ adhuc adiuuerit vt mūdus eēt tūc ei ex necessitate causa eēt suip̄ius. Oīe ei q̄ facit rem debere eē vl̄ q̄ adiuuat eā a deē causa ē eē ipius ꝛ causa eā creationis vel factiōis ipsius. nihil autē aliud ē inceptio q̄ nouitas. et sil⁹ nihil aliq̄ ē creatio a pte creati q̄ nouitas essendi ipius vel noua existentia eiusdem.

Amp̄. vt causa et effectus p̄iūcta sūt in separabiliter ita vt posita ea necesse sit poni et effectū nō facit nisi sufficiētia cause q̄ sufficiēs ē p se solam vllo modoꝝ scilicet aliū de causare vel efficere eē suū. Manifestū em̄ ē huiusmodi causam eē creatorem ad vniuersum. nullo ei modoꝝ aliūde adiutus p semetip̄m solū creauit vniuersum Intellige aūt generaliter adiutū. ita vt adiumentū intelligas inductionē ꝛ suasionē ꝛ p̄siliū de q̄bus oīb⁹ palā ē nihil aliud de habuisse neq; em̄ alieno p̄silio aut inductione aut suasione mūdū creauit seu causauit. Manifestum igr̄ ē q; oīmoda sufficiētia causalitatis creator ē p semetip̄z solū causa sufficiētissima vniuersi. q̄are ꝛ p̄iūctissima cū ipso quare ex necessitate et posito ponit vniuersum huiusmodi aūtē p̄iūctio p̄hibet separationē inter causam et causatū. Nō fuit igr̄ creator nec in eternitate nec in tpe separatus ab vniuerso q̄ ē dicere siue vniuerso.

Onam tibi ꝛ terciā rationē Auicē
p ne qua dicit sic. Quoniā creator añ
munduꝫ aut potuit creare corpus aliq̄ó q̄ó haberet motū durantez vsq; ad creationē mūdi vel nō potuit. friuolū autē est vt dicit apud creatorē dicere creatorē nō potuisse creare huiusmodi corpus. Si vo potuit creare huiusmōi corpus cuz ex possibili nō sit possibile vt accidat impossibile. posito igr̄ ip̄m huiusmōi corpus creasse nō accidet impossibile. Esto igr̄ q̄ creauit huiusmōi corpus qm̄ motus illi⁹ duraturus ē vsq; ad creationē mūdi. Oīmus aūt motus in tpe ex necessitate ē cum ipso erit igr̄ tempus mēsura motus illi⁹ durās vsq; ad mūdi creationē. Mūdi igr̄ creatio nō fuit ī inicio tpis cum eā p̄cesserit temp⁹ illud. Eodē mō ē p̄cedere si possibile fuit multa tpa motuū inequaliuz creasse creatorem ante creationez mūdi tunc enim ex necessitate sequet motū tunc fuisse aeq; p̄us ꝛ posterius ppter inequalitatē motuū que em̄ inequaliter mouent necesse est vt alterū eorum maius sp̄acitū inequali tempore ptranseat q̄z alterū ꝛ q̄ minus spatium citius ptranseat q̄z alterū. Et generaliter in quacunq; quantitate vel cuiuscūq; quantitatis spacio q̄ó ab ambobus trāsiundū ē p̄us necesse ē vt trāseat illó id q̄ó ē

velotioris motus q̄ id quod est tardioris Sequtur igr̄ vt sit in huiusmodi motibus p̄us z posterius fm tempus. quapropter z tempus z ppter hoc possibile fuit fuisse tempus ante creationē mundi. Nō ē igr̄ necesse tempus incepisse a creatiōe mūdi vel mundum incepisse in inicio temporis

a Espondebo igit in p̄mis hijs rationibus z pbationib⁹ Auicenne z dicā. qa sup eo q̄ dic̄ de p̄cessione creatoris iam responsum ē in eo q̄ dixi tibi. q̄ creator p̄cessit mundū eternitate sua qualē etiā descripsi tibi. z fuit ante mundū anteriozitate nō tpis. id ē nō p̄teriti vl fluente. Sed anteriozitate eternitatis stante semp in p̄sencialitate sua. Et debes hic scire qa ante tpis z ante eternitatis nō dicūtur vniuoce neq; vna intentiōe. Sicut ne q; duratio tpis et duratio eternitatis z ppter hoc compationes fm p̄us z posteri⁹ non hūt locū inter eternitatē et temp⁹ nec inter veri nois eternū z tpale. Uniuocum ei est omne cōpabile sic ait Aristotel. quē admodum igr̄ nō est recipiēda compatio inter tempus z numerū vel locū. vt dicatur qa tēpus ē maius loco z nūero. aut econuerso. Sic nec inter eternitatē z temp⁹ vel inter creatorē z mundū aut aliud tempale Attēde etiā quia ante et post. Similiter p̄us z posterius fuit z erit intentiones sunt temporis z ppter hoc fluxus atq; successiones z p̄teritiones. Et scito qa similes locutiones sunt cū dicit aliqd fuit ante mundū et cū dicit aliqd esse extra mundū vel vltra mundū. quēadmodum enim mundus nec habet extra. nec habet vltra cū sit omnia continēs et ambiens. Sic tempus qō cepit a creatione mūdi non habz ante vel p̄us cum sit omnia tpa cōtinens intra se tanq̄ ptes suas. Scito etiā qa grāmatice doctores nugatoriā z non satis grāmaticā dixissent locutiones istas. Si qs enim quereret. si esset i summo celoz ab aliquo posses ne extendere manū tuaz vltra plane. Responderet ei qa non loqueretur. z qa vox eius essz sine intellectu. Sicut si interrogaret. vidisti ne hominē qui ē asinus quēadmodum enim hic implicat impossibile videlicet hominē esse asinū. Sic z ille implicat locuz esse qui non sit mundus aut intra mundū. Iste autē locutiones q̄ aliqd fuit ante mundū aut nihil in intentione quā dixi nō contradicūt sibinuicem quemadmodū nec iste aut vidisti hominē q est asinus aut non vidisti z q̄ plus ē nō dicūt aliqd nō solū non sibinuicem cōtradicunt. qui enim querit vtrū ante inicium temporis fuisset aliqd cum ante sit intēcio tpis. secundū est ac si quereret. vtrū in tpe quod p̄cessit inicii temporis fuerit aliqd. Similiter z q querit vtrū extra mundum sit aliquid vel vltra idem est. ac si quereret Utrum aliqd sit in loco qui est extra mūdum. Nemo autē intelligēs iudicat istas locutiōes veras locutiones esse aut responsione dignas.

b Dalia vero rationem cui ipe valde innitit z quā dicit esse veri ac puri intellectus testimonii plane. Respondendū est qa non est verū huiusmodi testimoniū z ppter hoc non est veri ac puri intellect⁹ assertio. Declaratio autē hmōi ē qm̄ aut possibile ē creatori creare substanciā aliquā cui⁹ creatio nō indigeat adiuuari aliquo eoz q̄ sūt aut nō ē possibile hoc aūt nō ē possibile creatori inconueniens est etiā apud ipm auicenna. quare necesse habet hoc confiteri. Nihilominus tamen declarabo hoc esse verū et dicā. qa potentia creatoris nō est sup quoddam possibile tm̄ sed est sup possibile absolute. z ppter hoc sup omne possibile vl creabile in se. Causa autē in hoc est quoniam potentia creatoris non esset in vltimitate amplitudinis cū esset restricta ad quedā possibilia. longe em̄ amplius ē possibile in se simpliciter q̄ quoddam possibile.

Amplius. Influtū et receptibile relatiue adinuicem dicuntur. quare non est alterū altero amplius. Sicut igitur receptibile in vltimitate amplitudinis est ad omnes influentias. qō ē dicere qa non est aliud sup quod cadere possit aliqua influentia. Sicut influxiuū p̄mū z maximū in vltimitate amplitudinis est ad influentias. vt nec actu nec potentia nec etiā intelligēcia sit influentia que non sit ab eo vel que esse non possit ab eo. Neq; enim amplior debet esse alueus receptibilitatē ad recipiendum q̄ fons relatiue dictus ad ipm q̄ntum ad influendū. Amplius. Ponam ipi auicenne exemplū in p̄pa intelligētia quā dicit esse nobilissimū omniū creator et nec esse in corpe nec pēdere ex corpe nec etiā ex aliquo eorum que sunt nisi ex solo creatore. Constat autem qa impossibile ē intellectui nostro ymaginari aliam similē intelligentiam et considerationem facere

de eis put se habent in seipis. quēadmodum de duob⁹ indiuiduis speciei humane vt de Aristotele et Platone ō quibus nemo intelligens dubitat quin cum in se ipis considerati fuerint eque generabiles sint et fuerint anteq̄ generarētur. Sic dico et de sole quoniam aliū possibile est tibi cum ipo ymaginari. qui non quos duz in seipis consideraueris inuenies eos indubitanter eque possibiles esse et eque generabiles atq̄ creabiles quantū in ipis ē Sic dico de intelligentia prima et de alia intelligentia ei simili que tamen est. Cum enim in seipis considerate fuerint abstracte scilicet ab ipo esse z spoliatas ab eodē inuenies eas eque ppinquas adesse. quare eque possibiles esse z propter hoc eque creabiles quantū in ipis est. Nihil autem creabile est nisi a creatore benedicto quare inuenies creatorem eque potentem creare alterum vel alteram. Amp. potētia creatoris non magis aspicit in alteraz vel eius possibilitatem q̄ in reliquam vel eiusdem possibilitatez nec causa est apud alteram earum quare potentia creatoris magis aspiciat in eam q̄ in alteram quātum in ipa est hoc autem est. quoniam in ista consideratione videlicet quia considerantur in ista abstractione et spoliatione nec maior nec melior vllo modorū nec ipi esse ppinquior est altera q̄ altera. quare manifestū est quia non magis est creatori alteram creare q̄ reliquam. Esto igitur q̄ creauit reliquā quā posito possibilū impossibile ē accidere impossibile ex ista positione non accidet impossibile. Dico igit quia creator qui modo creat intelligentiam ipam ex omib⁹ modis suis. Sic erat prius quando non creabat eam. Ita erat sicut est modo cum creat illaz apud se em immutabilis est in vltimitate immutabilitatis. Nulle autem dispositiones vel cōparationes sunt que adiuuent creatorem vt creat eā vel ipam vt creetur nunc. Jam em posui tibi ipam nullomō pēdere ex aliquo eorū que sunt quare nullo eorū q̄ sūt adiuta est vt creetur preterq̄z solo creatore q̄ etiam apparere tibi potest ex creatione alterius intelligentie que adducta ē ad esse a solo creatore et per ipsum solum.

Manifestū igitur est tibi ex hoc exemplo sicut creat hanc intelligentiam ex omnibus suis modis est sicut erat prius quādo non creabat eam quare contrariū buius est falsum et ppter hoc non est veri ac puri intellectus testimonium et hec est radix ex qua intendebat elicere pbationem validissimam super eternitatem vel antiquitatem mundi.

d Estruam autem tibi z aliter hanc radicem cui ita innititur Auicēna et dicam quia aut aliquid ē nouū aut non. aut omnia sunt eterna. Nouum sicut predixi tibi intelligo q̄ cepit quare si nihil est nouum eorum que sunt erūt omnia eterna hoc est sine inicio existendi hoc autem adeo manifestū est incōueniens z impossibile vt circa illud non ratione disceptandum sit. Sed magis igne z gladio persequendum. et cum hijs qui hoc dicerent exterminandum. Restat igitur vt cōfiteatur. quia reuera aliquid cepit. Causa ergo clarioris intelligētie innuētur a. Causa igitur operata est a. anteq̄ operaretur illud aut erat ex omnibus modis suis anteq̄z operaretur illud aut non. Si sic. Jaz igitur venit contra illud quod dicebat veri et puri intellectus testimonij. Si vo nō erat causa a. ex omnibus modis suis anteq̄z operaretur a. sicut postea cum operata est a. immutata igitur est ex aliquo modorum suorum z q̄ nouum factū in ea vt circa eam illud nouum nominetur b. quoniam certum est b. causam habere eadez questio restat de causa ipius b. aut em anteq̄z operaretur ipm b. causa eius erat ex omnibus modis suis. Sicut postea cum operata est b. aut non. Si sic iam dicūt cōtra illud irrefragabile testimoniū. Si vero dixerit q̄ non erit. igitur aliquid nouū factum circa causam ipius b illud nouum vocetur iterū c. quoniam igitur c. causam habet eadez restat questio. aut ibit igitur res in infinitum aut occurret causa econtrario se habens illi veri z puri intellectus testimonij Si dixerit quia res currit ita in infinitum. Jmpossibile igitur erit aliquid fieri nisi infinita fiant cum eo. Jam autez declarauit Aristoteles in libro suo quem vocauit auditum hoc eē impossibile et facilis etiam est tibi alia declaratio impossibilitatis ipius quoniam infinita non possunt fieri simul ab vno et eodem agente. Sed neq̄ infinitos possibile est esse simul et ppter hoc nec infinita corpora nec infinita corpora alia agentia possibile esse simul quare nec infinita pacientia. Similiter nec

vnum patiens est simul recipere infinitas passiones. Qui si dixerit quia cum nouum aliquid fit non est necesse infinita simul fieri. Sed necesse est quedā fieri que adiuuent ipm nouum adesse. quedaz vo destrui que impediebāt illum. Recidit in idem infinitatis inconueniens et hoc est. qm̄ nō ē minus incōueniens infinita destrui vl' ifinitas destructiōes fieri qm̄ ifinita fieri vl' infinitas generatiōes esse et seq̄tur ex hoc q̄ impossibile sit aliquid fieri. quoniā in cuiuslibet noui factione necesse erit infinita destrui. Sicut autem impossibile est infinita simul fieri. Sic et impossibile est infinita simul destrui. Ex hijs etiā accidit ipsi Auicenne in omni cuiuscunq̄ noui factione vel creatione infinitas innouationes fieri. Et potes ratiocinari si vis super hoc iuxta eandem breuius et lucidius vt videtur scōum hunc modum vt dicas noui causam nouam esse vel scōm se vel scōm aliquid q̄ apud eā est vel fm aliquam ex dispositionibus aut comparationibus que circa eam sunt ⁊ hee sunt quibus vel adiuuatur vel impeditur et hec ē intentio mea noui ⁊ nouitatis in hoc.

Manifestū est igitur omnis noui causam noui esse scōm hunc modum. Quia igitur causa noua est nouum et p moduz istum necesse est et ipam causam nouā habere p modum eundez. et ita ibit res in infinituz vel erit circulus in causis. Jam autem declaratuz est tibi impossibile esse earum ascensionem infinitam. Similiter et circulum.

a

Deam vero pbationem quaz adieci ibi. et dicebam quia sufficientia cause causa est que efficit ꝓiunctionem inseparabilem inter causam ⁊ effectum q̄ quidem pbabile est et eius probabilitas multos decipit. Respondeo ga causarum alie sunt opationes p necessitatem et hee sunt cause naturales. ⁊ non est eis potestas sup operari neq̄ libertas aut electio ad vtrūlibet ꝑpter quod dixit aristoteles. quia natura operatur p modum seruiētis. Exemplū aūt hmōi ē ignis de q̄ scis. quia non est ei potestas supercalefacere et nō calefacere neq̄ libertas eligēdi vtrūlibet. imo necesse habz calefacere obuiantem sibi materiam receptibilem actionis sue. Alie vero cause sunt operantes per voluntatez et electionem et inter has sunt que operantur per voluntatem inuitabilem aliud contrariū videlicet voluntatem. Similiter ⁊ renouabilem vel cōsiliatem nouo vel suasione noua vel aliqua ex passionibus quales sunt amor ⁊ odiū dolor et gaudium. spes et timor. ira et pax. huiusmodi enim vel mutatur voluntas ad contrarium vel noua generatur in voluntate et indubitanter in hmōi verum est quia cum nouum aliquid operātur quod ꝑus non operabantur necesse est vt innouatio aliqua fiat vel in ipis agentibus vel in aliqua ex dispositiōibus et cōparationib⁹ sepe dictis. Debes tamen scire. q̄ nō est necesse vt omne destruitur aut pereat vt destruatur nouo aliquo agente in ipsum. quedaz eī sūt adeo debilis esse adeoq̄ infirmi vt ꝑsemetipa deficiant et hoc manifeste vides in tempore et motu. temp⁹ enim nullo impellente fluit in non esse Creator enim operatur per liberrimaz ac dominantissimam atq̄ per omnē immutabilē voluntatem et ꝑpter hoc ꝓiunguntur et causata sua cum vult et separantur ab eo cuz vult. Jn causis igitur naturalib⁹ que per necessitatem vt predixi tibi operantur sufficientia hmōi sufficit ad p̄dictam cōiunctionem. Similiter et in operantibus voluntarie apud nos et hoc est quia non est in potestate eorum post q̄z posse scire vel nolle cetereq̄ dispositiones concurrerint vt nō incipiant operari. Jn creatore vero ꝑpter liberrimam ac dominantissimam eiusdem voluntatem atq̄ immutabilitatem non est necesse vt operetur vel incipiat operari nisi cum vult. Et attende quia possibile est vt creator velit modo aliquid poterit tamē nō velle illud absq̄ vlla mutatione voluntatis sue. Jn nobis autem ecōuerso se habet ex necessitate ⁊ hoc alibi didicisti et ꝑpter hoc errauit Auicenna in hoc. Similiter et Aristoteles qui viderunt q̄ creator posset velle aliquid. ⁊ posset nō velle illud absq̄ vlla voluntatis sue mutatione. quemadmoduz et de scientia se habz. quia scit creator aliquid futurum esse. quod tamen possibile est nō fore. Si accideret ipsum non fore tūc creator in veritate modo non sciret ipsum fore. Quare scit aliquid creator q̄ impossibile est ipm non scire modo. et hoc absq̄ vlla mutatione q̄ in ipso fiat. vel scientia ipius ⁊ hoc est q̄ ipsi non attenderunt in creatore benedicto.

Post hec autem addam et alia anteqū veniam ad rationes Aristotelis et dicaz. quia homines errauerunt circa nouitatem mundi ꝓpter breuitatem intellectus sui et difficultatem ymaginationis sue. Difficilimum enim est eis ymaginari omnem locuz aut mundū esse aut vltra mundum ⁊ non possent explicare sepe euoluere ab intentionibus istarū dictionum extra vel vltra. Similiter neqū ab intentione eius q̄ est ante et post. De bijs autē iam expediui me et te. Et ex hoc errore et hac difficultate querit quidā philosophus et ytalicis inquiens. vt quid innumera secula dormierunt. an dormierat creator per secula innumera et postmodū quasi expergefactus creauit mundum huiusmōi em̄ hō de bijs fuit. qui non potuerunt ymaginari tempus finitum cōtinens omnia tempora cuz dicat innumera secula dormisse ac si tempꝰ innumera tempora precessissent. De bijs autem iam expeditus es et expedieris melius in capitulo primo contra errorē Aristotelis. De hac scilicet questione. Utrum ab eterno creauit deus munduz. Cum enim nihil aliud ipm ad creandū induxerit q̄ bonitas sua purissima et largissima et hec nō imminuta neqū adaucta. neqū aliter per aliquem modorum immutata ⁊ ipe similiter p omnem modum immutatus nec de nouo vidꝰ erat nec maiores eas viderit in ipa creatione mundi q̄z in sua eternitate nec sibi facliorem creationez eius tunc q̄z in eternitate. Ut quid igitur creauit eum tūc potius q̄z in eternitate. In quo respondeo. quia ipa ista disputatione. Solutio ē que stionis apparet enim ex ipa disputatione non stetisse hoc vel impedimentum fuisse ergo magis crearet. ab eterno vel ineternitate mundus perfectum et impedimentum qui essz a parte creatoris. Quare manifestuz est. q̄ a parte mundi fuit istud impedimentū cuius natura non fuit ab eterno creabilis nec susceptibilis eternitatis ⁊ hoc declarabitur tibi in prenominato capitulo non solum de mundo sed de omni possibili. quia ipa sua natura que est possibilitas ꝓhibitū ē ab eternitate.

Et eandem viam et modum eundem respondebis ad omnes similes questiones videlicet cum queritur quid intendebat creator in creatiōe mundi. aut intendebat gloriam suam in creatione mundi. aut vtilitatem mundi et rerum mundaluz. aut vtrunq̄. Quodcunq̄ autem istorum dicatur. Manifestū est quia causata esset de creatione mundi si ab eterno fuisset creatus creatoris gloria quanto ipi mundo ⁊ rebus mundalibus maior vtilitas quanto eternitas tempore maior est. ab eterno igitur debuisset eum creasse. Et si dixerit. quia nihil horum intendebat creator sed ꝓpter semetipsum tm̄ vel gratis ipm̄ creauit tanto magis debuit eum creasse ab eterno. Scito tamen quia vbi dicit gratis dicit intentionē alicuius vtilitatis. De hoc vero q̄ creator dicit aliquid facere in laudem et gloriam suaz. Scito quia laus et gloria creatoris cū intimius cogitata fuerit est tota et sola vtilitas aliena. Ex hoc enim non solum maxime. sed etiam singulariter et solummodo q̄ alijs bene est ab ipso et quicquid boni habent. habent ab eodez. de hoc vero q̄ dicit quia et gloria in infinitum maior eet ei et ipi mundo et rebus mundalibus vtilitas. Similiter in infinitū maior Uerum est hoc. Sed nō sequitur q̄ ꝓpter hoc debuisset creasse mundum ab eterno quoniam impossibile est vt dixi tibi mundū creatum fuisse ab eterno. ⁊ non est huiusmodi sermo quemadmodum si quis diceret. Si deus creasset te impassibilem ⁊ maior gloria esset deo de creatione tua et maior tibi vtilitas debuit ergo te creare impassibilem. Dico q̄ non quoniam non debuit aliquid facere deus q̄ fieri non poterat quecunq̄z vtilitas ab ipso sequeretur. tu em̄ non poteras fieri impassibilis naturaliter et ideo non debuit te creator talem facere

Post hoc autem conueniens est vt ponā hic rationes Aristotelis quibus ipe inducꝰ fuit ad credendū eternitatem mundi vbi oportet te reminisci eorum que precesserunt hic per que responsum est sufficienter eis per que astrue conantur motum eternuz esse in libro quem vocauit auditum et ꝓpter hoc non repetam tibi rationes illas neqū responsiones predictas. Dicit igitur aristoteles in libro suo celi et mundi quia natura determinauit quibus semper nō esse vt impossibilibus que scilicet naturali et ꝓpria possibilitate ꝓhibita sunt esse. Sicut quedaz

monstra que contrarietas naturarum esse non patitur qualem fingunt chymeram & multa alia. Quibusdam determinauit natura quandoq; esse et quandoq; non esse Sicut vides in animalibus et hominib⁹ et multis alijs. quare necesse est & quedam animalia esse qbus natura determinauerit semper esse quare nō solus creator semper est vel eternus. imo multa alia cuius eo et adiuuatur ista ratio per hoc quod dicit Auicenna. quia si inuenitur alterum contrariorum in vniuerso nature atq; mediū inter illa necesse est vt inueniat et reliquū et ponit exemplum de aceto et oximelle & melle. quia cum inueniatur acetum in vniuerso nature et inueniatur oximel quod est mediū inter acetum et mel necesse est vt inueniatur in vniuerso nature et mel quoniam acetum est alterum duorum contrariorum. Mel vero reliquum scōm ipsum.

Amplius. Adiuuatur ista ratio p hoc q; si aliter esset duo inconuenientia videntur sequi. Primum quia incompleta esset contrarietas huiusmōi cum deesset ei partium suarum principaliū altera & hoc nec decet creatorem nec decet naturam videlicet incompletum aliquid facere naturaliter. Maxime si illud susceptibile fuerit cōplementi Aliud inconueniens est quia in vniuerso esset vacuū nature. quemadmodum si in vniuerso colorum deesset alterū extremorum aut aliqua species mediorū hec autem natura non patitur. sicut enim vacuum loci. Similiter vides q; in genere animaliū non est vacuitas nature que indubitanter est defectus alicuius ex speciebus. Ex hijs igitur omnibus videt necesse esse vt in vniuerso inueniāt iste tres manenies videlicet semp existentia & quādoq; existentia. Semper autem existentia hec sunt eterna. Sicut sempiternitas ē eternitas scōm vnam intentionez. Si autem inuenitur multitudo semper entiū vl existentium inuenitur multitudo eternorum et mundus siue vniuersitas eorū eternus. Iuxta hunc modum est ratiocinari de bijs tribus videlicet necesse impossibile possibile. Et dicit Aristoteles quia necesse habet virtutē vt semper sit et vt nūq̄ non sit. Impossibile vero habet virtutez vt nūq̄ sit et exemplificat de dyametro & latere. quia dyametro est virtus vt nunq̄ equalis lateri sit. et ista virtus non potest intelligi nisi phibitio ab ipo esse et elongatio immobilis atq; inappropriabilis. Et quia prolixus est sermo Aristotelis circa hoc dico. quia esse de creatione et rebus non dicitur scōm vnam intentionem neq; vniuoce sicut album de colore et de superficie equiuoce dicitur. Color enim dicitur albus essentialiter et non scōm participationem. Non enim dicitur albus in habendo seu participando albedinez sed in essendo ipa albedo. Superficies vero alba vel paries albus econtrario. Sic creator non dicitur ens in habendo ipsum esse. Sed in essendo ipsum suum esse vt q; omnia idem intelligatur in eo quod est & quo est. In nullo autez aliorum. sic est in omni nanq; alio aliud ē q; ē et aliud quo est et scōm participationem generaliter omne aliud a creatore dicitur ens quare quemadmodum si quis dicat alba non comprehendit simul vna intentione colores et colorata. Sic qui dicit entes & entia non comprehendit simul creatorem & creata quoniam vna positione vnius nominationis non potest equoce vti. Per hāc igitur interemptionem non pcedit ratio illa Aristotelis Q̄ autem dicit quia natura determinauit quibusdam rebus vt semper non sit quamq̄ multam habeat caliginiam sermo iste et ppter sermonem nature et ppter verbum determinandi quorū neutrius intentionem suam vel intellectū determinauit. neq; enim quid naturam ibi vocet explicat neq; quid intelligat ipm determiare manifestat. Respōdeo tamē quia nulla natura aliquid determinauit creatori. licet verum sit q; natura sua nobilissima semper sit et nulla sit ei penitus ad non esse appropinquāda possibilitas In rebus autem creatis impossibile est q; hunc modum se habere. et hoc faciam te scire in sequentibus neq; conueniens est neq; vlla necessitas hoc exigit vt si multitudo est semper non entium vel existentium. Sicut nō est necesse. si est multitudo virium quod sit ppter hoc precioſior neq; si est multitudo effectuum q; sit ibi et causarum. Eodem modo se habet de riuulis et fontibus de ramis et radicibus licet contrarietas nonnulla sit inter eos non enim multitudinem riuulorum sequitur ex ne-

cessitate multitudo fontiuz vel multitudinem ramorum multitudo radicum. Tu autem iam non dubitas quoniaz creator omnium aliorum entium et quin ipa sint effectus eiusdem et quin se habeat de ipa et modo aliquo per moduz fontis ad ipa et ipa per modnm riuulorum ad ipm. Similiter et per modum radicis a ipa. z econuerso ipa per modum ramorum ad ipm. licet non ꝓprie et multum dissimili vt ita dicatur similitudine. Inter res igitur creatas et vniuersum creatum locum hūc huiusmodi comparationes et similitudines quibus vtitur Aristoteles non connumerato aliquatenus creatore cū ipis et si forte apud creaturas teneant non est necesse vt ad creatoris esse per similitudinē se extendunt cum creator ab ipsis ei distantiaz immēsurabili dissimilitudine incogitabili eisdem supereminet et super sit et licet dicat aristoteles ꝙ quibusdam est virtus vt sp sint quibusdā vero vt semp non sint. Debes scire quia sermo eius non ē verus in hoc. Illud eniz videlicet semper esse singulariter est ꝓprium et nulli ex rebus creatis inest virtus vt semper sit etiam si vel esset ꝙ quedam ex eis semper esset nulla enim sua virtute est vt subsistat. Jam eniz declaratum est tibi alias quia esse accidit vnicuiqz preterqz soli creatori cui soli essenciale est ipe igitur est sua virtute z semper est fortitudine stabilitatis sue. Unūquod ꝙ autem aliorum eius virtute z dono est sicut est et qz diu est et quantū in se est recideret in non esse nisi virtus et bonitas creatoris ipsum retineret z stabiliret in esse. Mirabilius autez est ꝙ dixit quia quibusdam inest virtus vt semper non sint sue ad semper nō esse tanqz non esse sit finis alicuius virtutis et natura et dederit principium ad hoc videlicet ad non esse. Cum manifestum sit quia non esse nihil ē neqz a natura vnqz desideratum aut quesitum. Et si enim negatio sequatur ex affirmatione non tamen affirmatio est ad hoc vel ꝓpter hoc ex esse enim album sequitur non esse nigruz. albedo tamen nō est ad hoc scilicet ꝓpter non esse nigruz Sic et in exemplo qō ipe ponit ō dyametro et latere siue costa quia nec dyameter nec magnitudo eius et ꝓpter hoc vt non sit equalis lateri et idem est de latere. Sequitur tamen ex necessitate de quibuscunqz duabus lineis. ꝙ si fuerint in eodem q̄drato sic se habentes vt altera sit illi⁹ quadrati dyametri altera vero costa ipas nō esse equales quēadmoduz sequit de quibuscunqz duobus corporibus quia si fuerint in eodem toto sic se habentia vt alterum sit eius medietas alterum quarta illa non esse equalia cum tamen nec ꝓpter hoc ibi sint nec ꝓpter hoc sint simpliciter. Nec minor error is sermo quo dixit quia virtus ineſt quibusdam vt quandoqz nō sint. sed vt quandnqz corrumpantur et vt quandoqz desinat esse cum hoc ex virtute esse non possit videlicet desinere esse. Nulli enim dubium est quin hoc fit ex debilitate ipsius esse et quin defectibilitatem ꝓprie sequantur defectus et desitio abesse. Sed ipsemet et expositores atz sequaces opinionis ipius. Dicunt quia ex potentialitate est ipsum non esse. Nemo autem dicit defectibilitatem aut desinibilitatem virtutem esse ymo contrariam nominationem ei attribuūt videlicet impotentiam debilitatem eas vocantes.

Ost hec autem conueniens est vt adducam rationes et probationes ad stabiliendam nouitatem mūdi et destruendam eternitatem eius. Non enim satis est respondere rationibus econtrario sencientium et dissoluere questiones eorum et contradicere opinionibus ipsorum ad completam certitudinem. nisi et probationibus irrefragabilib⁹ astruatur veritas z declaretur. Ex hijs ergo duobus completur vere rectez phyloſophantis intentio. Incipiam igitur ab ipsis mundi testimonijs z dicam quia stant apud omnes nationes amabiles hystorice z cronice narrationes in quibus narrantur conditiones siue edificationes atqz fundationes ciuitatuz magnarum nominatarum. Similiter et inicia regnorum omnium ex quibus manifestum est et ipsuz mundum habuisse inicium in tempore. Cum igitur omnia hec que dixi inicia certa habuerint. Si mundus ante ea in infinitum duraſſet fuisz in infinito tempore absqz ciuitatibus et regnis et ita ociosus et vacu⁹ in maiori parte vtilitatum suarum. Sed de istis inicijs

esset eadem questio q̄z r ipe Aristoteles r sequaces eius de inicio mundi referunt. Contradicere autem tot et tantis testimoniis non stulticie tm̄ sed intollerabilis est dementie. Restant et hystorie hebreorū r xpianorum adam primum hominem fuisse testantes. sed et ipe pphēta hebreorū hoc ipsum testificatur in pncipio legis hebreorum cui tam magnificis signis mādatis et pdigiis ipe creator testimoniuz perhibuit cum eidem prophete nisi per signa gens hebreorum credere voluisset. Cōtradicere autem testimonio tanti pphete cui et ipe creator testimoniū perhibuit tantorum signorum contradicere est ipi creatori et mendacem facere illum.

Procedam autem vlterius r dicaz quia ipse totus mundus cōfitetur se habuisse inicium. ex tempe autem hoc potes audire ab eo et intelligere valentibus. Confitetur eniz potētialitatē suam et se esse possibile esse p se quare cōfitetur potentialitatem seu possibilitatem essendi esse sibi naturalē et a seipo. Actualitatem autem siue actum essendi recepisse aliunde siue ab alio r hoc est quoniam possibile siue potentiale inquantuz q̄ huiusmodi siue per hoc q̄ huiusmōi nō euenit in actuz essendi siue adesse. Sed neq̄z per aliud simile inquantū simile hoc ē inquantū potentiale siue possibile sed remanet in sua potētialitate et possibilitate q̄ntum in eo est. quare r in non esse fm actū siue in non esse actualiter Quia igitur potentialitas est ei naturalis. erit et non esse eidem naturale. quare erit prius ex necessitate q̄z ipsum esse. Naturalia autem poza sunt vnicuiq̄z rei ex necessitate q̄z aduenticia. Similiter et q̄ per se est vnicuiq̄z prius est ei q̄z q̄ aliunde vel ab alio. Quare mundus hūs omnibus consideratis cōfitetur se accepisse esse post nō esse. Amplius. Cum manifestum sit mundū factuz vel creatum esse. Album vero non fiat nisi ex nigro. et calidum ex nō calido. ergo ens mundus non est factus nisi ex nō ente. In omni autem factione pus est ex necessitate id quo fit aliquid quoniam ipsuz factum. quare prius nō ens fuit mundus q̄z factus fuit ens. fuit aliquādo igitur nō ens r ppter hoc nō semp fuit ens. Amplius. Cum esse accepit mundus a creatione quoniam ab illo et est et habet eē. aut accepit illud cum iam esset. et hoc ē impossibile quoniam cum erat habebat eē. non est autem possibile ipm accipere qđ habebat. Q̄ si dixerit. quia accepit illud quando habebat quoniaz subito accepit illud et non partes tunc igit accepit illud quando ipsum primo habuit. quare aliquando primo illud habuit quando primo habuit esse tunc indubitanter incepit eē. aliquin igitur incepit esse. Q̄ si dixerit qz incepit esse non quādo habebat illud aliquando igitur nō habuit illud quare aliquando nō fuit mundus quare incepit esse omne enim qđ aliquando nō fuit r aliquando fuit incepit esse. Amplius. de naturali potētialitate sua educr ē mūd in actū eēndi. ergo nihil subito vl p ptes fiue continue. Q̄ si subito ergo in instanti siue in nunc temporis. quare in illo nunc primo fuit in actu essendi siue in esse. In illo ergo incepit esse et hoc est q̄ quereba Si vero per partes siue cōtinue exiuit de potentia in actum huiusmōi exitus indubitanter generatio fuit. generatio autez finiti in tempore finito est r ex vtraq̄z terminato. Generatum autem de toto tempore sue generationis nōdum est sed fit r in termino generationis primum est et incipit esse quare mūdus incepit esse in termino sue generationis cum antea non fuerit. Sicut neq̄z alia generata. Nullū eniz generatum potest esse aut potuit vnq̄z ante complementum sue generationis.

Amplius. Potentialitas r actualitas sunt contraria. Similiter potentia et act et non sunt simul in eodem. nec se compaciuntur aut igitur potentialitas essendi pcessit actum in mundo. aut non precessit. Si dixerit quia precessit. fuit igitur huiusmodi potētialitas sine actu quare fuit mūdus aliquando in potentia essendi et nōdum in actu. fuit igitur ens in actu aliquando mundus quare non semper. Q̄ si potentialitas nunq̄z precessit actum in mundo cum manifestū sit quia naturaliter prior est ipo actu. Nō igitur ordo nature seruatus est in creatione mūdi. Contra ordinem igitur nature est q̄ mundus semper est in actu. Amplio. Qualiter creatus est mundus a creatore. aut est generatus ex corruptōe scz alteri. siue p corruptionē illi. aut fact ex aliq̄ pter corruptionē illi vt dom ex lignis r lapidib ñ vnq̄z fit aut

creatus ex nihilo factus aut aliter ab eo de creatus. Siue autez sit generatus siue sit factus vt dixi post non esse accepit esse. Si vero creatus hoc est de nihilo factus. aut subito creatus fuit. aut continue z per partes. Si subito ergo in aliquo nūc temporis quare tunc cepit. Si vero pars post partem et continue in termino creationis sue videlicz in quo creatio eius completa fuit incepit esse quoniam tunc p̄mum fuit Eadem via p̄cedendum est quocūq; modo aliter causatum a creatore dicat illum quoniam necesse est vt causationem eius dicat esse subitam siue subito factam. aut partem post partem dicat esse causatam.

Amplius. Quid dicet de genere humano aut dicet ipm similiter eternum et nullum esse primū hominem aut non. Si dixerit eternum esse et nullum ex hominib⁹ fuisse p̄mum. Cum pater ex necessitate sit causa filij. et auus causa patris et ita in infinitum necesse habet cōfiteri causas ascendere in infinitum causas scilicet efficientes Pater enim est causa efficiens filij q̄ntum ad generationem corporis siue ambo parentes hoc est pater et mater. Jam autez declaratus est et stabilitus status causaz cum omni genere cause. Et patefactuz est impossibile essevt ascendant in infinitum et hoc p ipm Aristotelem et sequaces ipsius atq; expositores librorū ipius.

Procedam et alia via et dicam ga p necesse esse p se z possibile esse per se cōtraria sunt. Eodem modo et necessitas per se et possibilitas p se. Similiter antiquitas z nouitas. Sicut quia necessitas p se causa est eternitatis siue antiquitatis erit ex necessitate vt possibilitas p se causa est eternitatis siue antiqtatis erit ex necessitate vt possibilitas p se sit causa nouitatis siue tempalitatis quare sicut necessitas p se non inuenitur nisi in vno solo q̄ est creator benedictus. ita z eternitas siue antiqtas non inuenitur nisi in eodem

Amplius. Sicut necessitas p se nō sustinet nouitatem cum eo in quo ē siue temporalitatem. ita et necesse ē vt possibilitas p se non paciatur secū in eodem subiecto eternitatem. Quare impossibile est vt aliqua rerum creaturarū eternitatem esse et in alijs dispositionibus similiter se habet Necessitas enim p se neq; creationem neq; corruptionem neq; generationem temporalem secum p̄mittit. neq; illius modo rū inceptionem. Quare necesse est vt possibilitas p se econtrario se habeat. z ista p batio fundata est sup hanc radicem videlicet cōtraria cōtrariorum causas esse p se et sup hanc aliam radicem que est ꝓportionalium alterū est et alterū et sup terciā radicem. ga que sunt ꝓportionalia ex necessitate sunt et p̄mutatim ꝓportionalia. Quapropter cum quemadmodū se habz necessitas p se ad eternitatem et antiqtatem. Sic possibilitas p se ad nouitatē seu tempalitatem quare si necessitas p se causa est eternitatis seu antiquitatis erit possibilitas p se causa tempalitatis et nouitatis. z si eternitas vel antiqtas consequēs est vel comitans inseparabile necessitatis per se. Erit similiter ex necessitate tempalitas et nouitas consequens vel comitans inseparabile possibilitatis p se.

Quoniaz rationes que hucusq; e posite sunt partim ethice sunt siue morales. vt illevidelicz que sunt a testimonijs. partim vero naturales z methaphysice p̄sequar rationes methaphysicas circa hanc opinionez. Aristotel'. z dicam in p̄mis quoniā accidit Aristotel'. nō p̄us fluxisse horam de toto tempore p̄terito q̄z diem vel mensem vel annū nec etiam anteq̄z mille milia annorū. Huiusmodi autem p̄batio est quia si dixerit aliquā horam fluxisse vel anteq̄z mille milia annorum fluxissent. aut illam horam p̄cessit tempus infinitum aut non p̄cessit Si p̄cessit eam tempus infinitum. Certum autem est. quia mille milia annorū pars fuerunt temporis infiniti illius. quare in toto illo suo p̄cesserūt horā p̄dictā. Nō igit hora illa p̄us fluxit q̄z mille milia annorū nec solū mille milia annoz p̄cesserūt horā illā. Sed etiā infinita milia cū tempus infinitum ex necessitate cōtineat infinita milia. Qd si horam illaz non p̄cessit tempus infinitum aut p̄cessit eam tempus finituz. aut nihil temporis. Si tempus finitū Jnicium igitur illius fuit inicium temporis totius. Quare tempus infinitū inicium. Si autem nihil temporis p̄cessit horam illā

Manifestum est. quia inicium illi⁹ hore fuit inicium totius temporis. Quare manifestum est. quia scōm opinionem Aristotelis nō fluxit hora de toto tempore q̄z mille milia annoz. z quia nō est designare q̄z nō p̄cesserit infinita milia annoz.

Amplius. Luz infinitū vt ipemet dicat

alibi intransibile sit ⁊ maxime motu finito. tempus aũt totũ qõ ꝓterijt infinitũ ẽt ipe dicit aut finitũ Q̃ si finitũ hz igr̃ initiũ Quapropter et motus et hoc est ei contrariũ. Si autem infinitum qualiter ergo totum iam transijt fluxus enim ipius non ẽ infinite velocitatis nec maioris est velocitatis q̃z motus celestis. Ponam antez ad hoc exemplum de aqua et dicam. quia si ymaginatus fueris aquaz infinitam ⁊ ponas fluxum eius finitũ hoc est vt per fistulam finitam vel causale finitũ et finita velocitate effluat nõ erit nũq̃z possibile ipaz totam effluxisse. Amplius. Totũ ipm futurũ ꝑm Aristotelẽ infinitũ est nec finietur nunq̃z. Non igitur minus ꝙ futurũ ẽ de tempore toto q̃z quod ꝓterijt de eodez equales sunt velocitates quibus totũ preteritum fluxum siue ꝓterijt et totuz futurum ꝓtereundum est neutrũ autem est ad finem preteritionis eius ꝙ de tempe iam ꝓterijt tanta velocitate fluxus nõ obstãte infinitate ipsius. Uenietur igitur et ad finez preteritionis totius temporis quod futurum est cum equali velocitate preter mundũ sic qua illud ꝓterijt non obstante infinitate eiusdez. Quare necesse ẽ ipm finiri. Amplius. In toto preterito tempore celũ compleuit reuolutiones finitas aut infinitas. Si finitas necesse est ꝙ in tẽpore finito quoniam tot partibus temporis equalibus quot ipe fuerũt cũ paris velocitatis sint omẽs reuolutiones celi. Erit igitur totuz tempus quod ꝓterijt vsq̃z in presens nunc finitum. Si vero dixerit. ga infinitas reuolutiones compleuit celum toto tempore preterito ymaginabor quia ista ymaginatio possibilis ẽ intellectui ꝙ duplo minori velocitate motum fuerit toto tempore preterito. Quia igitur ẽ ppoꝛtio motus ad motum eadem est pertransiti ad pertransituz in eodem tempore vl̃ equali et necessitate necesse est vt eodez tẽpore non nisi medietatem reuolutionum tam completoꝛum compleuerit. Reuolutiones igitur quas compleuit toto tempore preterito celum habent medietatem et per eandem viam habebũt quartã ⁊ octauam et ita in infinitum. Manifestum autem est quia infinitũ medietatem non habet. Amplius. Cum ymaginaꝛ ecõuerso videlicet ꝙ duplo velocioꝛ motꝰ totius celi in toto tempore quod ꝓterijt ergo ꝙ eandem rationẽ duplo plures erunt reuolutiones complete in eodem tempore. Non autem erat completurum celum plures reuolutiones eis que preceserint et eis que future sunt. Simul acceptis tot autem compleuisset duplo maioꝛi velocitate reuolutum quare finiuisset motũ suũ

Amplius. Non est dubiũ quin duplo plures reuolutiões compleuisset duplicata velocitate motus et in eodem tempore quare numerus reuolutionũ iaz completarum habet duplũ et est medietas alicuius numeri. Nõ est igitur infinitus huiusmodi numerus cum et medietatem habeat vt dictum est et etiam duplum. Amplius. manifestum est quia celum solis vt sol ipe perficit vnam reuolutionũ suarum in anno vno scõm motũ suum mediumꝫ equalem ymaginaboꝛ igit exempli gratia annuz huius reuolutionis trecentoꝝ. lx. dierum equalium ita vt vnicuiq̃ diei gradus vnus solaris circuli deputetur. Erit igitur per ea que audisti ppoꝛtio motꝰ ipius celi ad motuz solis ppoꝛtio que est trecentaꝝ ho. ad vnam. Quare et reuolutionũ celi et reuolutiones solis erit eadez ppoꝛtio. Erunt igitur reuolutiones solis et anni reuolutionum eius ad reuolutionum celi et annos reuolutionum eiusdez In ppoꝛtione vnius ad trecentos lx. Nec te conturbet ꝙ dixi annos ⁊ annos quia idem est ac si dicerem q̃ntũ ad celuz dies. Eodem modo est considerare de reuolutionibus Saturni que sunt ad reuolutiones solis in ppoꝛtione vnius ad triginta Similiter ⁊ de reuolutionibꝰ Jouis quoniam similiter sunt scõm eundem motum medium ad reuolutiones solis in ppoꝛtione vnius ad duodecim. et per eandez viam considera de reuolutionibus martis. Ueneris Mercurij et Lune. Jnuenies eꝛ ppoꝛtiones eoꝝ a reuolutione celi certissimas. et hoc est quoniam ppoꝛtiones extremoꝝ ageregantur ex proꝑtionibus ipoꝝ ad media et mediozz ad inuicem. Jnuenies igitur quia reuolutiones vniuscuiusq̃ planetarum scõm computationem astronomicaz erit pars certissima hoc est certissime proꝑtionis ad vniuersas celi reuolutiones simul acceptas que complete sunt toto tempore qõ terminatur in presens nunc. Jmpossibile autẽ est infinitum esse cuius partes certe comparationis et proꝑtionis ad ipsuz inuenire

Q autem manifesti. suntur ꝛc.

ora et certiora sint hec declarabo. quia nō
potest esse continuum aliquod infinitum
Et primum declarabo hoc in linea et faci-
ciā sciri qa nō potest esse aliq̄ linea ifinita
ex altera pte tm̄ ptrahat eī linea a.b. ifini
ta ex pte b. z supponat ei z sit i terra a. z b
cubitꝰ. Deinde applicet ei alia infinita q̄
vocet c.d. infinita scz ex pte d. applicet aūt
ei sit vel supponatur vt sit c. punctus indi-
rectū b. vel sup ipm̄ b. Dico igr qa a b. ma
ior est c.d. cubito vno q̄ est inter a z b. Il-
lo em̄ cubito excedit eam ex altera vero p
te non excessus alterius in alterā hoc est a
pte infinitatis. Si em̄ excessus esset videli
cet ita vt altera ex pte illa extenderetur iu
xta alteram inciperet excessus in aliquo pū-
cto siue esset excessus finitus siue infinitus
quare ille punctus essz tercius linee mino
ris essz igr terminata ex vtraq̄ pte nō eēt
igr infinita. posita autē erat ifinita vtraq̄
Restat igr vt ex illa pte a pte scilicet infini
tatis non est excessus alterius ad alteraz.
z ideo ex necessitate a parte illa equales p
diffinitionem equaliū ē igitur excessus al
terius ad alterā Sicut dixi intellige igitur
q̄ linea c.d. trahatur. super lineam ad b.
donec punctus c. sit sup punctum a. z pun
ctus d. sup punctū c. aut ergo est excessus
minoris alterius ad alterā ex pte ifinitatis. Jā
dictuz ē tibi q̄ nō ē infinita vterq̄ hoc au
tem erat positū ab altera vero pte non est
iam excessus cū iniciales termini earuz vi
delicet c. et a. simul sint. quare ex necessita
te modo sunt equales p diffinitionē equa
liū que est. Equalia sunt quoz altero alte
ri supposito neutrū alterū excedit pus aūt
erāt inequales. quare cum neutra creuerit
aut decreuerit adhuc sunt inequales. qua
re sūt simul equales z inequales. et hoc ē
impossibile ergo et illud ex quo sequtur est
impossibile hoc non ē nisi lineam illam in
finitā esse ex altera parte. Erit autez decla
ratio hec compendiosioz atq̄ lucidioz Si
intellexeris a puncto b. ptractam aliam li
neam infinitaz cuius p̄ncipiū sit pūctus c.
et suppositam parti poris linee q̄ pars in
cipit a b. Dico igitur. qa linea illa equalis
est illi parti a.b. linee cui supposita ē qua
re est minor ex necessitate q̄z tota a.b. In
tellige igitur q̄ trahatur linea illa ad par
tem a. donec p̄ncipiuz eius boc est primꝰ
punctus eius sit sup a. punctum. Quia igi
tur supposita a.b. linee non excedit eaz vl'
exceditur ab ea quoniā non excedit eam a
parte infinitatis vt p̄monstratum est tibi.
Sed neq̄ a parte a. cum p̄mus eius punc-
tus sit super a. Erit igr equalis a.b. linee
pus autem erat equalis parti eiusdem vi-
delicet ei parti q̄ incipit ab ipo b. et pcedit
in infinitum. Amp̄. Per eandē viam
demonstrabitur tibi q̄ infinitum ē maior
a.b. ēt hoc est quoniam si extraxeris eā ad
huc per cubitum citra a. Dico quoniam il
lo toto cubito excedit a.b. Residuū em̄ ab
illo cubito ē equale linee a.b. z hoc est qa
sicut dixi a parte infinitatis non excedit a.
b. illud residuum non exceditur ab eo est
igitur illud residuuz a p̄nominato cubito
equale linee toti a.b. quare manifestum ē
q̄ illo cubito excedit lineam a.b. et eadez
est via ad demonstrandū q̄ excedit eā duo
bus cubitis videlicet si extraxeris eam p̄
dicto modo p duos. Similit̄ et mille mil
libus cubitoꝝ inuenientur excedere eā
si intellexeris eam tractam ad eandez par
tem per mille milia cubitoꝝ z ita in in-
finituz. Quia igitur posita linea ex altera
parte tantūmodo infinita. Sequitur ista
inconuenientia et impossibilia manifesta
videlicet partem esse equalem toti z eaz
maiorem et hoc in infinitum scilicet maio
rem partem toto suo in infinituz. Ma
nifestum est esse impossibile id ex quo om
nia ista impossibilia sequūtur hoc autem
est lineam aliquam esse infinitam ex alte
ra parte tantū tractus enim linee quātus
est vel applicatio linee ad lineam nihil ad
dit vel detrahit magnitudini eius que tra
hitur. Similiter neq̄ applicatio linee ad
lineam addit vel detrahit alterutrius ma
gnitudini.

a Ddam et aliam manifestationez
ad hoc. Dico igitur quia si linea
moueat vel trahatur scōm rectū
sue longitudinis mouebitur equaliter cui
libet ex punctis suis. Uerbi gratia. Si mo
ueatur vel trahatur per cubitum quibusli
bet eius punctus mouebitur tantūdem z
transibit cubituz. Si ergo terminus linee
ex altera parte infinite a. et tota linea illa
infinita vocetur a b. z sit c. punctus distās
a.b. a. p cubitū. Dico igitur quia si linea a
b. moueatur a loco in quo est vsq̄ adhuc
q̄ est dicere per cubitum. dico q̄ a. transi-
bit cubitum illum et perueniet ad c. et sili
ter quilibet ex alijs punctꝰ tantūdē trāsibit
quare punctus in linea a.b. p cubitū erit i
fine bi motus in pūcto i quo erat a. et idē

est manifestū de ꝗlibet ex aliꝭs quare manifestū est ꝙ hoc mō mouet eqliter linea omnis siue finita siue infinita sit cuilibet ex punctis suis. Eo dē mō ē ascendere ⁊ de qualibet ex ptibus suis. Tota igr linea a. b. mota ē p cubitū. Omne autē qđ mouetur tm̄ relinqt vl' exit đ loco quē exigit qm̄ cum acqrit vel intrat de loco in quem mouetur ⁊ itez oīe quod mouet ab aliq̄ loco in aliū siue moueatur fm ptem siue fm totum. hoc ē siue exeat illum fm partem ⁊ intret alium fm partez siue exeat illū fm totum ⁊ intrent aliū scđm totū. totum est ex necessitate inter duo illa loca siue inter partes illoꝝ locoꝝ. Quare ex necessitate

Amplius. Omne quod mouet a loco in tantū locū relinqt post se de loco i quo erat ꝑus quantū acqrit ante se de loco nouo ⁊ oīe quod hz post se ⁊ ante se finituz est. Sil'r ostēdi potest. qa omne quod potest moueri finitū est cum motus nō possit addere vel detrabere quātitati Quare si finitum ē ex necessitate omne quod mouet finitum ē ex necessitate oīe quod potest moueri Qđ si dixerit. quia infinitū nō potest moueri qn trāseat in ifinitū spaciū. Respōdeo qa sermo iste impossibilis ē ⁊ error intollerabilis. ⁊ dico. qa si aliqd mouet et trāsit in finitū trāsit quālibet partem ipius tam finitā q̄z infinitam. Quare transit finitū de illo spacio ꝑus q̄z trāseat totū illud finitū. Amp̄. Si in spacio illo finito nō trāsit ad infinitū. qcquid autē nō trāsit de illo remanet intransitū ab eodē. quare remanet quodlibet stadiū de illo spacio intransitū est. ergo ⁊ mille milia stadioꝝ vbicunq̄ signētur in illo spacio ī ueniētur intrāsita. Qualiter igr tota illud spacium infinitum per transitum.

Am igr declaratū est tibi ꝙ hoc qđ nō est possibile lineā aliquā infinitam eē ex altera pte tm̄ ⁊ p eandez viam facile ē tibi ostēdere et de supficie et de corpe. Ex hoc aūt euidēter sequit. qđ si nō ē possibile lineam infinitā eē ex altera pte tm̄ multo fortius ipossibile erit ex vtraq̄ pte illam infinitā eē. Si ei impossibile ē duorum alterum eē multo fortius ambo.

Amplius. Si a. b. linea infinita ex vtraq̄ parte. Dico quoniā quodlibet punctuz signatum in linea a. b. est terminus duarū linearum infinitarum ex altera parte tm̄ a quolibet ei hmōi puncto ꝓgredit linea finita et infinita tm̄ ex altera parte cū insit nuatur ex necessitate in puncto a quo progredit. Qđ si dixerit qđ ab aliquo puncto linea a. b. nō ꝓgredit vlla linea ifinita tm̄ hoc erit in parte altera Esto igr in pte a. p. a. igr nō erit nisi linea illa de tota linea a. b. quare post a. nō erit nisi finitū de tota linea a. b. quare erit a. b. finita ex pte a. posita autē erat linea a. b. ex vtraq̄ parte infinita. Amplius. Mediū est in linea et in omni cōtinuo ē post qđ nō est an pus q̄z ante illud aut ecōuerso. Et itez medium linea ē a quo deducti ꝑpēdiculari ⁊ circa ipm reuolutis eo ꝙ est ante illud et eo ꝙ est post reuolutis inq̄z ad ꝑpendicularem donec alterū supiaceat alteri inuenitur excessus. Iterū mediū linee cuiuscūq̄ est certa quod reuoluta pte q̄ post ipm ē donec subiaceat pti que ante ipsum ē cū alterius in altera nō inueniat excessus. Quia igr posita linea ex vtraq̄ pte infinita hoc accidit in omni puncto illō necesse ē ex p̄dictis diffinitiōibus eē punctuz cuiuscūq̄ linee infinite mediū eē inter illa

Amplius. Omne punctū est medium in quacunq̄ linea cum in eo facta sectiōe ipa diuidit in duo equalia. Quia igr hmōi necesse ē accidere in omni ptcto cuiuscunq̄ linee ex vtraq̄ parte infinite necesse est omne punctū hmōi linee mediū eē in eadem. Ex hoc autē accidit partē esse equalē toti. Preterea. ratio quaz posui de medio nō potest cōuenire duob⁹. Esto ei ꝙ cōueniat a ⁊ b. punctus in aliq̄ linea sit infinita cū a. sit mediū in ea qđ erit pz id quod ē de ipa linea ante a. q̄z ꝙ ē ipm Sil'r cum b sit mediū in eodē similiē se habere dicit quare id de tota linea ꝙ ē inter a. ⁊ b. cū eo ꝙ est post b. Simul acceptuz nō erit plusq̄z id qđ ē post b. p se sumptuz et ita nō erit plus totū q̄z pars illud enim qđ est post a. ē totū ad id qđ ē post b. quod nia cōtinet illud et insup id quod ē inter b et a. accidit insup ex hmōi positione q̄ si licet ponit linea infinita ex altera parte et pars sit in infinitū maior toto. Si enim d. linea infinita ꝑdicto mō subiacere intelexeris a b. linee infinite. ita vt punctus d. supiaceat puncto b. Nō ē dubiū qn linea c. d. sit equalis parti linee a. b. parti i qua que incipit a b. puncto ⁊ ꝓcedit in infinitū ⁊ equalitas ista manifesta ē per diffinitionē equaliū et si traxeris eam ad partē a. c. tra a quantūcunq̄ volueris ⁊ p mille milia stadioꝝ remanebit equalis ꝙ linee a

b. ex parte infinitat̃ amb⁹ sicut iam te-
ci te scire quare toti residuo quo tracta est
citra a. excedit illã sp̃ erit igit̃ maior ea mil
lie milibꝰ stadiorum ⁊ iterum milies mi
lie milibꝰ. Si tñ eã tractã in ptem p̃dictã
intellexeris. Prius autẽ demonstratũ ẽ ti
bi eam eẽ equalẽ parti linea a. b. ei videlz
parti q̃ incipit a. b. et ꝓgredit in infinituz
q̃re ps illa linee a. b. maior erit ipa linea a
b. in infinitum id ẽ absq̃ mensura aliqua
determinata.

Am igr̃ declaratũ ẽ tibi nec lineaz
i nec supficiẽ corpus infinitũ eẽ pos
se ex altera pte tñ ⁊ multo fortiꝰ ex
vtraq̃ vel ex omni nõ erit impossibilis ali
cui istorꝰ triũ infinitas. Quia vo similes
sunt ꝓportiones mensurarũ huiusmõi et
tpis necesse ẽ ⁊ in tpe sic̃r se habere et hoc
tam declarauit Aristoteles in libro suo ó
auditu. Qr̃ si voluerꝫ calũniari q̃ nõ pos
sumus tractus p̃dictos ⁊ applicationes fa
cere ad tempus nõ effugies ꝓ hoc dico ei
q̃ tempus simul fluit cũ motu ⁊ motꝰ cuz
tpe et a corpib⁹ motis trãseunt spacia lo
calia vel situalia ꝓportionaliter fluxui tẽ
poris ⁊ motus. Quẽadmodum igr̃ feci te
scire quia si a quocũq̃ motu trãseat spaci
um infinitũ. necesse ẽ vt ab eodẽ trãseatur
ꝑus pars illius spacij q̃ totũ ⁊ pars ó illo
finita q̃ infinita. Sic necesse ẽ vt a. cunq̃ si
transeat idẽ spaciũ infinicies trãseatur pri
us millesies q̃ millesies et prius semel q̃
millesies ⁊ infinicies q̃re celũ ꝑus fec̃ vna
revolutionẽ q̃ infinitas ⁊ ꝑus partẽ revo
lutionis q̃ totã cõpleuerit. Jam autez de
structũ ẽ in p̃cedentibus. Amplius. In
telligibile ẽ tẽpus velocius posse fluere ali
quantulũ q̃ fluat vel trãseat. Similiter ⁊
tardius. Esto igr̃ q̃ fluat vel trãseat velo
cius ita vt fluxus eius sit velocioꝛ quãtita
te vnꝰ horę. Dico igr̃ qa totũ tempus ef
fluet alias effluxerũt vna hora ꝑus q̃ eẽt
alias effluxerũt q̃re a pte finis relinquunt
post se vnius horę spaciũ. quẽadmodum
si aliqd intelligatur moueri velociꝰ q̃ mo
ueretur ante ita vt trãseat maius spaciũ p
cubitũ q̃ alias trãsiret. Sicut occupat an
te se vnũ cubitum supra id quod alias oc
cuparet ita post se reliquit plus vnum cu
bitum supra id quod alias reliquisset qua
re et tpi detrahit̃ p istam adiectionem ve
locitatis a pte finis vna hora quare finie
tur ex necessitate in puncto vno q̃ eẽt inici
um horę illius ſi hora illa futura eẽt. Lau
la aut in hoc eẽt quoniã q̃ occupat p̃teri
tio siue antecessio. hoc amittit futuritio.
Exemplũ aũt huiusmodi ẽ in aqua q̃ tota
effluit si intelligat̃ fluxus eiꝰ augeri quan
tulũcunq̃ videlz in tñ q̃ntũ ẽ fluxus mille
modiorũ ex necessitate accelerabit̃ eiꝰ ef
fluxio tãto tpe q̃ntũ req̃rit fluxꝰ mille mo
diorũ. Quare detrahet̃ toti tpi in tanto ⁊
nõ detrahet̃ ei a pte p̃ncipij detrahet̃ igr̃
ei a pte finis ⁊ ita finiet̃ ex pte illa et nõ ef
fugit Aristotel. qn si intelligibile ẽ vt auge
atur in duplũ velocitatis cursus tpis aut
si minuat̃ in duplũ quãdo habebat medi
etatẽ et quãdo habeat duplũ. Silr̃ nõ ef
fugit illud impossibile videlz. q̃ omne nũc
in tpe infinito ex vtraq̃ parte sit mediũ in
toto tpe illo cũ nõ habeat plus de tpe an
te se q̃ post se vel ecõuerso. Amplius.
Addã ⁊ istã vltimã manifestationẽ ad hoc
⁊ dicã. qꝛ creatoꝛ benedictꝰ aut potuit dif
ferre creationẽ mũdi p horã aut nõ potu
it. Si nõ potuit cuiusmõi illũ arctabit ne
cessitas ad creãdũ. Preterea hoc reputãt
ipi icõuenies videlicet q̃ deꝰ nõ potuerit
aliqd qđ in se ẽ possibile nulli em̃ dubiũ ẽ
qn mũdus in seipo sic possibile eẽ q̃re q̃n
tũ in ipo ẽ creabile ẽ eius eẽ in ifinitũ nul
la aũt necessitas arctabat creatorẽ ad acce
lerandũ eouslq̃ creationẽ ipius q̃re possi
bile fuit differri saltẽ p horã creationez eiꝰ
posito aũt possibili non accidit impossibi
le. ponat̃ igr̃ istud qđ p horã dilata sit cre
atio mũdi. Dico ergo qa i fine horę illius
creatus fuit mũdus quare tpus a creatõe
eius vsq̃ nũc finitũ cũ sit ex vtraq̃ pte ter
minatũ. Jam aũt didicisti alibi qa ſi fini
tum remanet nec detracto finito ꝑus erat
finitũ ⁊ ſi finitũ addit̃ finito totũ erit fini
tũ qa igr̃ finitũ remanet cũ tpe toto qđ est
a creatiõe mũdi vsq̃ nũc. Solo finito de
tracto scilicet hora dilationis p̃dicte ergo
cũ illo detracto erit ex necessitate finitum
quare nõ ẽ possibile vt sit ifinitũ cũ nõ sit
possibile. vt detracta illa hora. Solũmo
do de eo remaneat infinitum.

Ost hec igr̃ respondendũ ẽ questi
p onibꝰ que sequũtur declaratiões
has. Hanc aũt ꝑma hec ẽ. Cũ tem
pus finiendũ sit qđ erit post ipm. Deinde
an erit motus vel mutatio. Et ía dixi tibi i
p̃cedẽtibꝰ qa nulla erit mutatio glorifica
tis hoibus vel animabus eoꝝ nulla spes
erit eis vltra aliqd acqrendi nullus timoꝛ
aliqd amittẽdi de obtẽta tũc felicitate ipa

ve felicitas tota simul erit nihil habēs oi no de malo seu defectu potēcialitatē et si cut alibi te feci scire vtutes animarū bīa narū erūt imꝑfectiōibus suis oēs ⁊ figule nec erūt tunc habitus dormiētes.imo erit vnaqueq; earū in actu suo ꝑfectissimo et vltimo ⁊ actus earū delicie ⁊ gaudia. Si cut patefeci tibi ex diffinitionibus delicie ⁊ gaudiū. Similit erūt ipi actus ꝑmia do ctoꝝ ⁊ gloꝛie animarū nr̄arum q; si non essent simul oēs nō eēnt integra vel cōple ta felicitas animarum nr̄arum ⁊ si cessare possibile eēt aliquā ex virtutib⁹ hmōi ab actu suo vel imminui ibi ab actu suo pos sibile eēt imminui felicitatē hmōi imo ⁊ ꝙ plus ē locum haberet ibi dolo: et miseria Impossibile ei ē tm̄ gaudiū amitti vel mi nui sine dolore et miseria ꝓpter hoc ergo dixit Aristoteles. Si tm̄ veritatē felicitatis illius intellexit.q: felicitas ē actus intrans mutabilis. Satus igr̄ hmōi status ē intē poꝛalis ⁊ vllomō obnoxius fluxus ⁊ ī sta bilitate tpis ⁊ quoniā habiturus ē iniciuꝫ licet nō tpis oꝛison verisimile dicendus ē eternitatis. Et dixi tibi q: similiter se habe bit et status inferni oēs ei dolores. omēs cruciatus ifernales simul pacientur ibi dā nati. Sicut iam ꝑdictū ē tibi. Unde nec q es siue cessatio alicui⁹ eoꝝ vel immunito locū habebit hic quare nec mutatio et ꝓ pter hoc neq; tempus. Jnuenit autē in li bris quos merito vocāt homines sanctos sermones tropici de toꝛmētis malꝛū ho minū quib⁹ ergo cōtradicere vnq; volo. Et hīs sermonib⁹ iuxta tropos intelligūt quidā vicissitudines toꝛmentoꝝ in iferno vt nunc sint in ardore et incendio in exco gitabili.nūc in frigoꝛe nō minori ꝙ si de ita eis futurū eē reuelauit ita et fit. Nō ei vas quēquaꝫ sermonib⁹ autētici vel san ctis ꝓtradicere. Uerū nihil piculi ē in reb⁹ hmōi fmones tropicos in ea q; rōnis sūt iusticieq; diuine ⁊ meritī damnatoꝝ con gruū interꝑtari pīertim cum ratiōib⁹ ⁊ ꝓ bationib⁹ ⁊ nō testimonijs ꝓtra errores i pios disputet. Et de hmōi autenticoꝝ vi roꝝ satis euidētia ⁊ exꝑssa testimonia nō negāt ⁊ ī ꝓtrariū habeant. Doctrina q dē xp̄ianoꝝ hꝫ i libꝛo quē sapiētie librum nominār q: flumina ꝓcurrēt durit ⁊ intel ligitur flumina tribulationū et doloꝝ q; ꝑpter hoc ꝓcurrere i malos dicuntur qua q; nō pnices ⁊ vnū alīō nō expetit. Si qs autē querat de glorificādis hoibus an in eo statu fixi mānsuri sint in loc ⁊ sedib⁹ si is.an deambulaturi vel alit mouēdi sunt ⁊ ex hoc arguere q: mot⁹ erit et ꝑpter hoc tempus. Reſero que stiōis hui⁹ solutionē in sequentibus nisi spero me declaraturū q: motus hmōi nō erit ibi necessari⁹. nec aliquid addēs felicitati glorificādoꝝ ho minū nec eius cessatio aliquid detrahens eidē quinpotius forsitā illa felicitas motū hmōi nullatenus patit. Hꝫ ⁊ gēs xp̄iano rum ꝓphetā introducentē angelum iurā tē p viuentē ineternuꝫ. q: tpus nō erit am plius q; ꝓphetiā nō induco tanq; ꝓbati onē. Sꝫ potius vt scias q: sermones autē tici ea ꝓtinēt que audis hic. Eadē questio ē de mc tibus celoꝝ an cessaturi sint an ꝙ mānsuri.qm̄ si pmansuri.erit igit ⁊ tempus cum motus sine tpe eē nō possit. Si is cel satur⁹ē motus celoꝝ quid facīt illi moto res celoꝝ duplices.sicut posuert Aristotel ⁊ sequaces eius ponētes intelligētias mo uere celos q; si motores extrinsecos.quem admoduꝫ amata mouēt amātes.animas vo posuert eisdē q; si motores intrinsecos querētes ipis celis pfectiōes hmōi videl vt habeāt in actu situs quos habēt in po tēcia quasi situū renouatio tam frequens imo magī et ꝓtinua sit. Aliquid tsta ingsti tione dignū.imo q; si sit pfectio beatissima Similiter ⁊ ipa que non debet eē nisi via et inquisitio alterius pfectionis queratur p se tanq; pfectio ⁊ finis ⁊ tāq; ipe sit via ad semetipm ⁊ inquisitio suipis. Ubi non videtur posse effugere circulū earū quo di cit q: ita ē ⁊ ita ē ⁊ celi mouētur vt monea tur ⁊ incedūt vt reuertātur quibus anima bus si ita ē mille miseriores sunt que nihil aliud querūt nisi motū coꝛpib⁹ suis ⁊ exa gitationē infinitam ꝓpter hoc hꝫ doctrina xp̄ianoꝝ cessaturū eē motuꝫ illum penit⁹ et alia circa hec de statu futuri seculi q; au dies in sequētibus.

resurrectiões que sunt a morte ꝺ qb⁹ manifestū ē ꝙ nec vniuerso generabili ⁊ corruptibili possibile est nec aliter parti ipius Nulla em̄ ē oino creatura q̄ possit generare se vel regenerare post corruptionē suā vel resuscitare se a morte sua. Ad hoc aūt ꝙ dicūt quia melior ēt in indiuiduis generabilibus ⁊tus renouatiua quā generatiua. Rñdeo quia necesse ē corrumpi et mori multa ex generabilibus ꝓpter conseruationē aliorū. sicut de frugibus et fructibus manifestū est et de animalib⁹ omnibus quibus alia nutriunt in qbus omnibus non hz locū renouatio sed magis regeneratio ⁊ resuscitatio. Cōmestiõe em̄ hmōi animalia corrumpuntur et morit̄ur. Similiter ⁊ plante multis modis pereunt ꝓpter cōseruationē hominū ⁊ quorundaz alioꝝ animaliū combustione sc̄z et dissecatiõe multiplici. Quare vis renouatiua hmōi vel non habet locū q̄ntum ad vtilitatem vniuersi vel in perniciē cederet vniuersi. si eius ēēt fortitudinis ⁊ esum ⁊ alios vsus necessitat̄ ab animalib⁹ prohiberet. De eo vero ꝙ dicunt quia vtilior vis hmōi renouatiua qua ⁊ cōseruarent̄ species simul et indiuidua Jam respōsuz est per hoc eadem cū ex eis manifestū sit conseruationē multoꝝ indiuiduorum destructionē esse ⁊ multoꝝ alioꝝ indiuiduorum melioꝝ atz nobilioꝝ et etiā humane speciei per quā alie species generabiliū ⁊ corruptibiliū create ēē videntur. Scito aūt quia bonitas creatoris non intendit in conseruationē speciei humane q̄ntum ad vitam p̄sentem tm̄. quēadmodū hoim hmōi vanitas sōniauit. ymo intendit eā transferre in vitam alterā que futura ē p⁹ istam que est vita beata ⁊ vita glorie vita q̄z eterna rectissime noīatur. Nec data est ab eodem vis generatiua hmōi speciei indiuiduis ꝓpter conseruationē eius hmōi ymo ꝓpter ipsa indiuidua generata ⁊ sic qbus creator optimus ꝑ nominatā gloriam intēdit singillatim ⁊ singulariter q̄ntum ē de largitate ineffabili beneficentie sue quāq̄z propter causas multas ⁊ impedimēta multiplicia m̄lta eoꝝ eā mīme assequuntur. Sicut doceberis in sequētib⁹ Et attende quia in ista respōsione etiam quarta ratio dissoluta est. Quinte ꝟo rationi qua nituntur astruere eadem oīa regenerari et singulis annis fruges ⁊ fructus p̄rimo precedentis anni eosdem numero reminiscere ac reuerti. Respondeo quia intollerabiliter erant ⁊ q̄z falluz impossibile supponunt dicentes. Unumqꝺq̄z resolubiliū in ea ex quibus est solumodo posse resolui. licet verum sit vnumqꝺq̄z compositum in ea ex quibus est immediate compositum p̄ma sui resolutione resolui tamen possibile est secunda ⁊ tercia et q̄libet alia resolutione in alia ipsum resolui Uerbi gratia Corpus humanum in mēbra ex quibus est necesse est p̄ma resolutione resolui siue diuidi et omne aliō totum integrale. Ueruntamē nullatenus necesse est corpus humanū in semina maris et femine resolui p̄ma resolutiõe sua neq̄z forsitan vlla et hoc est quoniā virtus resoluens vel dat materie resolubili formam sibi similem vel p̄parat ipsam ad huiusmodi formā propter hoc in res non solum alterius spēi. Sed etiam alterius speciei generis seu diuersoꝝ generum resoluuntur plerumq̄z composita. Cū enim ignis ligna resoluit in alia resoluunt̄ q̄z si illa aqua resolueret. quēadmodum sit ⁊ econtrario virtute ignis alia generantur ex eis q̄z si virtute aque resoluerentur. Simil⁹ et cum materialis siccitas fortis ea resoluit generat̄ ex eis putredo puluerulēta. cum vero innaturalis humiditas ea resoluit generant̄ ex eis vermes ⁊ quidam chorēdones vocantur. Manifestum est quia neq̄z ex huiusmodi puluerib⁹ neq̄z ex huiusmodi vermibus ligna composita sunt. Sūma aūt huiusmodi ratiocinationis hec est quia resoluens nō semper intendit resoluere in ea ex quibus facta ē compositio ymo sepissime noua generare et insuper p̄ter intētionē resolutis generantur noua sicut vides in proposito exemplo. Non enim innaturalis humiditas generationē vermium. Sed alia virtus se ingerit que p̄paratam ad hoc materiā inuenies ꝟmes ex ea gignit Sexte ꝟo rationi rñdeo quia generatiõz habēt vltimā indiuidua humane speciei in vltima generatiõe sua quā generatiõz et resurrectionē lex christianoꝝ nominat stabilentur fixione perpetua ita ꝙ mors non erit amplius apud ea neq̄z etiam alibi. De indiuiduis vero aliarum speciērū animaliuz nec doctrina eorum nec phia determinat quicq̄z. Uerum mihi simile ē vt ea que ꝓpter esum vel propter alium vsum hominū et creantur et sunt cessare

debeant cessante causa iporum. Uita em illa hominū impossibile ē vt indigeat huiusmodi adiutorijs tunc cessabit etiaz cursus generationis z ipa vis generatiua cessabit in hominibus. Non em erit necessarium vt per eā conseruetur humana spes cum immortalitate firmissima ex tunc cōseruanda indiuidua quorum conseruationē manifestum ē speciē confuari. Quapropter dico limitatā esse vim generatiuā rum et ppter hoc determinatum esse numerum indiuiduoz humane specici eoqz completo consumandā esse et finiendaz generationem hominū ita vt nullus vlterius generetur. Debes autē reminisci gaiuita postqz futura est eorum que dixi in destructiōe erroris qui continetur in lege sarracenorum. Ibi enim patefeci tibi pbationib⁹ certissimis cessare omino ex necessitate in alterius vite felicitate vim generatiuam z quantum ad fructum prolis et quantū ad voluptatem et quia felicitas illa delicias escarum z pati potest q̄ re nec extendetur in infinitum generatio nec ad suum recurret initiū vt nascantur z regenerant iterum p̄mi homines.

Nota totuz copulū contra ponentes magnum annum

Ostēsis autem responsum ē rationibus erroneoz hmōi conueniēs p est vt adducam tibi pbationes pqs acquirat tibi certitudo veritatis in rebus tam longe vt videtur a cōsuetudine hominū et inuentu causa difficilibus raz necessarijs vere ac nobilis philozophie p scrutationē intendentibus et hoc faciam si deus voluerit. Dico igitur in p̄mis qa ista iteratio siue circulatio quam ponunt in primis superuacua omnino ē et inutil'. Si enim non fluit in finem aliquē qui sit post eum. hoc est in statum nobiliorē. sed fluit solummodo nec iteruz fluat fluit ex necessitate sine causa cum ipsa sibi eē causa non possit. Quapropter inutiliter z superuacue Auplius. si idem per omnia est cursus eius qui est et recursus quem z ipsi ponūt et nullum meliorem recursus eiusdem q̄ cursus et omino nihil addēs vel ipsi ee vel bonitati eiusdem. Inutilis igr est omni modo repetitio ipius quem admodum vides de oronibus repetitis et nugatorijs. Uñ et nugationem z incōueniens etiam ipi sophiste reputant.

Amp̄. fm eos creator est sicut stultissim⁹ edificator qui totū qđ edificauit dstruit z postmodum reedificauit idipm et hoc infinicies et nec melius z nec pulchrius nec stabilius et omnino nihil addēs vel opatione vel modo. quis enim non reputaret hmōi edificatorem stultissimū. sic autem est fm eos et de creatore sapientissimo et optimo q̄ quicqd edificat per generatiōz in rebus hmōi destruit per corruptionez et postmodū reedificat per generationez per omnem modum rediens in idipm. q̄ igitur hmōi stultitia nec in operatorib⁹ hominibus inueniri potest quanto fortiꝰ creator sapientissimus incōparabiliter lōgius erit ab ea. Pone igr q̄ ipe scīm vnū p̄enoiati temporis edificet absqz vlla additione vt dixi. Indubitāter est ponere illum stultissimū edificatorem z insanissimum operatorem. Amp̄. fm hunc modum vltime generatiōis homines vel generabunt vel non generabunt. Si nō generabunt stabit igitur in illis cursus generationis absqz extensiōe et recuruatiōe. Jā autē posuerūt ptrariū. Si āt generabunt aut igr generabūt prio p̄cedētes se hoc ē patres suos et matres et illos vel viuos vel mortuos quoz vtrunqz impossibile. Uiuos em generari impossibile manifestum est cū iam generati sint z in hoc permaneant. Mortuos autē regenerare vel resuscitare opus nature non pōt esse.

Amp̄. si generent parētes suos. hoc est patres et matres erit igr vnusquisqz eorum pater aut mater alicui⁹ ex parentib⁹ suis quare erit vnusquisqz auus suiipius. Maius autē inconueniens ē si generent antiquiores se q̄ sint ipi parentes eorum z propter hoc longe maius inconueniēs est si auuos et iterum pauos et ita donec veniatur ad p̄mitiuos. Maximū autem inconueniēs est in hijs dicere q̄ generēt p genitores suos p̄cedentes eos multis mitibus generationū z tanto maius inconueniens q̄nto plnribus. Amp̄. isti erronei non effugiunt circulū causarum in eodē genere causaz. Pater em est causa filij efficiens z auus causa patris similiter efficiens et generaliter generās generati q̄re si circulentur generatiōes z circulabūtur z cause. Jam aūt destructa est p me in p̄mo tractatu totius p̄mi sapialis ac diuinalis magisterij. q est de p̄mo principio circulatio ista causaz z infinitas. Amp̄.

ſi ꝓpter hoc recipiant iſte generationes ⁊ corruptiones quia recipiet motus celeſtis anno hmõi completo ⁊ reuertent̃ eedem. Reuertent̃ igr diuerſe numero q̃ motus diuerſus numero. Jdẽptitas vo ſm ſpeciez nõ eſt cauſa ydẽptitatis ſm numerum aliogn omnia que ſpẽ eadẽ ſunt erunt ⁊ numero eadẽ. Qd ſi dixerit motꝰ non eẽ diuerſos numero qm̃ ab eiſdẽ ſcz inicijs et per eadẽ eoſdem ſcz circulos et ad finem ſcz eundẽ ſegtur ex neceſſitate vt celi ſtellativl' ſupioꝝ nõ ſit infinita reuolutio numero ⁊ ꝙ eiꝰ hodierna reſolutio ſit eadẽ que craſtina ⁊ ſic de alijs Similr ſe habet de reuolutiõe ſolis ⁊ lune ⁊ eodẽmodo de anno qm̃ non erit niſi vnus annꝰ ſz repetitus. Quapropter ſequetur ⁊ de die ꝙ non ſit niſi vnus ipi autẽ iam poſuerũt triginta ſex milia annoꝝ vel amplius ꝓtineri in anno mundano ſeu vtente. Ex hijs autẽ ſequitur eandez diem eſſe nubiloſaz et ſerenã ⁊ alia innumerabilia hmõi ⁊ annũ non habere partes niſi horas cũ annus non cõtineat niſi diẽ vnum Sequit̃ur ex hoc reſurrectio dierũ poſtq̃ ꝓterierũt et horarum. Simil'r et motuum horum autẽ omniũ facilis eſt deſtructio. Ut em̃ redeat tempꝰ idẽ numero qõ ãbũt non eſt ponere in die qn neceſſe ſit ponere i hora vnaq̃q̃. Si em̃ dies reuertitur tota et vnaquaq̃ illius hora quare qm̃ iſta reuerſio circularis per naturam ẽ in motu ⁊ in tpe cum eiuſdem ꝓpius nature ſit tempus cũ vnaquaq̃ partiũ ſuaꝝ erit ſimil' reuerſio nõ in vnaquaq̃ horaꝝ ſz eẽ in vnaq̃q̃ partiũ cuiuſcunq̃ illaꝝ q̃ re nec illam horã continget ꝓterire nec partem ipius aliquã. Si em̃ ꝓteriret ps aliqua medietas eius vel reuerteret poſt ꝓteritionem ſuã vel non reuerteret. Si reuerteret g̃ nõ eẽt alia medietas illiꝰ. ſed eadẽ repetita et eodẽmodo ſe hr̃et de medietate ipius repetite ⁊ ita i infinitũ. Quare impoſſibile eẽt aliqd de tpe ꝓterire impoſſibile eẽt ptẽ aliquã tps hr̃e. Jſta igit opinio deſtruit tpus. Quapropter ⁊ motũ. Amp̃. ſi melioꝝ eẽt generatio anni ſeqntis mundani q̃ ꝓcedentis. Uerifimile eſt vt ⁊ tercij anni q̃ ſecundi q̃re finem haberẽt iſte generatioes. cũ ex nulla creatura diſtet i infinitũ ab optimo ſtatu ſuo

Manifeſtũ eſt quia ꝑ meliorationes finitas pueniet ad illud hoc autẽ eſt finis vnuſcuiuſq̃ nature vicz vt ſit optimo ſtatu ſuo quare ſi ſecula illuc peruẽtura ſint quieſcent ibidẽ naturaliter Completa em̃ intentione nature ⁊ acquiſitio fine quẽ tendit impoſſibile ẽ quin moueret vlterꝰ Si em̃ moueret vlterius moueret duobꝰ motibus contrarijs vicz ad finẽ ⁊ a fine qꝰ eſt dicere ad optimũ ſui ſtatum ⁊ perfectionem ⁊ ab ipſo. Qd ſi dixerit quia ꝓpter inſtabilitatẽ ſuam id eſt defectibilitatẽ ſuam ſecula non poſſunt ſtare in aliquo ſtatu aut intelligit qꝰ defectibilitas moueat ipa aut intelligit qꝰ aliud. Dico igr qõ ſermo iſte defectibilitatẽ erroneus ẽ. Si em̃ defectibilitas moueret ea nõ moueret eã niſi ad non eẽ non eſſe autem nõ eſt finis quẽ aliqua natura intendat vel querat qꝰ nec aliquid eſt ipz non eſſe. Preterea nulla natura intendit in deſtructionẽ ꝓpria ſubiecti. Si vero intellexit qa ꝓpter defectibilitatẽ ſuam paciunt violentiã alicuius vel agentiũ aliquoꝝ que vel deſtruit illa vel tranſmutat in alia ſecula erũt igitr ꝓtraria illis cum nõ agant niſi contraria inuicem ⁊ hz iſte ſermo inuolutiões multas et dubietates et ꝓſecutio eius ꝓpter tatẽ vicz an ipſa ſecula ſe deſtruũt an vnũ aliud ſicut manifeſtũ eſt generatiões florum in vegetabilibꝰ ⁊ cadere eos per ſucceſſiones fructuũ fructus vero deſtrui eius hominũ vel alioꝝ animaliũ. Sili'r et alia multa pereũt mutua inuicẽ deuoratione. Amp̃. in numera pereũt peſte fame clade boues vero morbis gladijs ⁊ alijs modis pene in numer̃. Depluuijs vero niuibus grandinibꝰ ⁊ alijs generalibus et corruptibilibus. Manifeſtũ eſt qui bus mõis et qualiter deſtruant et qualiter generent̃. Manifeſtũ eſt igr qꝰ ſm opinionẽ iſtoꝝ oĩa reſurgũt vicz ⁊ nues et pluuie et cetera oĩa que ꝓnoiata ſunt ⁊ qõ ſeculũ vnumqõq̃ in generabilibꝰ et corruptibilibus ſuis deſtruit ſe qꝫ queda partes ad inuicẽ ſe deſtruunt ⁊ verum eſt. Jtem qõ quedam ſe inuicẽ generent ſicut animalia ex ſe inuicem generant Quare manifeſtum ẽ qꝰ ſecula rerũ generabiliuꝫ ſe inuicem deſtruũt ⁊ ſe inuicem cõſeruent predictis mõis. Uerum nõ eſt in natura vel virtute alicuius eoꝝ vt ſemetipm reducat ad ſtatum ſuũ primitiuũ. Jam autẽ patefactum eſt tibi quia nec hoc habet motus celeſtis quoniam non intẽdit in particularia determinate ⁊ ꝑticulariter. Nec etiam aliquis operatur hoc modo intẽ-

dit preter solum creatorem benedictum q̄ videt vnumq̄q; particulariū futurorum quēadmodum vnumquodq; presentiuz sicut alibi didicisti. Alij autez operatiōes exceptis substantijs abstractis nihil vidēt de particularibus futuris que operaturi sunt sicut manifestū est tibi. q̄ pater socratez sin gulariter et determinate. Similr nec edifi cator non intendit istam domū edificare nec soluz intendit generationē huius nu mero floris aut hmōi pomi z adhūc mo dum se habet de alijs operatorib⁹ Quare manifestum ē q̄ virtus celestis non est determinate intendēs in generationē ho minum vel quorūcunq; animaliū et p pter hoc nec in generationē hanc vel secū li hmōi. Amp. virtus que intendit ge nerationes seculoz z efficit eas aut inten dit esse particulariū generatoz ppter esse eorum aut intendit illud ppter conserua tionem seculoz. Q̄ si intēdit esse particu lariū ppter hoc vt ipsa sint. Non inten dit igitur destructionē illorum. quare de structio eorum ē a casu quantū ad inten tionem ipsius cum sit p̄ter illum z insuper cū intendit eē eorum ex necessitate quan tum in ipo est vt phibens non eē eorum qua propter et destructionē. Q̄ si dixerit q̄ reuera intendit eē eoz. s. put conuenit et patitur natura eoz natura vero eorum id est naturalis infirmitas non patitur ea eē nisi ad modicum sicut dicit Aristoteles q̄ singularia minume esse poterāt ppt̄ lō ge a p̄ncipio distare Intentio igr̄ isti⁹ ho minis est q̄ intendit esse hmōi particula rium ad breue z modicū quia vero non ē minus malum non eē q̄ sit bonum esse quia non minus nocet q̄ illud p̄sit z in super ipsum non esse maius est cum in tendatur in trigintasex milia annorum ipm vero esse ad plus in paucos annos quō operatur tam modicū bonum z nō phibet tanto maius malum Ampli⁹ vel erit resurrectio mortuoz hominū vni uersalis vel non erit. Si erit Impossibile autem est vt corpora hominū sint nume ro infinita sicut alibi didicisti. Non erunt autem plures anime q̄z corpora aut ecō uerso. Erunt anime finite numero. Com pleto igitur illo numero stabit creatio ea rum z ppter hoc generatio hominū. Si vero non erit resurrectio hominū et gene ratio humanoz corporū erunt igitur aiē ociose ppetuo fm vires suas per q̄s ope rantur in corpe z ita pene superuacue et p̄sus inutiles erunt vires ille cū non sint vtiles nisi ad valde modicū vicz ad breue illō tpis q̄ anime sunt in corpib⁹ q̄ est q̄ si nihil ad compationē perpetue ociositā tis in qua erunt cū anime solute erunt a corporibus suis q̄re modis omnib⁹ neces se est stare creationē animaz z generatio nem hominū z ppter hoc omnē genera tionez que ē ppter illam nisi forsitan alia appeteret vtilitas aliaz generationū.

Amp. si circulus eēt in generatiōib⁹ z seculis ita vt eadē omnia reuerterent eā dem in q̄z numero fieret ex necessitate re surrectio z generatio omniū non solū ge nerabiliū substantiarū z corruptibiliū sz omniū accidentiū ipoz hoc est oim q̄ntī tatum z qualitatū hoc autem ē inconue niens q̄ nemo adhuc dicere ausus est vicz vt eedem oēs substantie eadēq; oīa accidentia numero reuertant. Tūc enim z ipa eadem moz resurgeret z eedē cor ruptiōes generent hoc aūt fieri non pos set pervim generatiuā quā diximus cu m manifestū sit rerū innumerabiles omino non habere illā. Per hanc etiaz viam ne cesse habēt cōfiteri easdē aquas numero singulis annis reuerti per alueos fluuio rum q̄re nec stillam vnā aquarum posse vllo mō vel retineri vel alit impediri q̄n regenerent et reuertant in anno seq̄nti. Ne mo āt dubitari potest q̄n per multos an nos aliq̄d aque saluari posset in vase vi treo vel alterusmōi. Quare impossibile ē fieri renouatiōes omniū aquarum sin gulis annis. Amp. fm hoc eosdez pa nes comederem⁹ easdē aquas biberem⁹ eadem vina biberem⁹ singulis annis Et de alijs quibus ad esum vtimur simil̄r se hre oporteret hijdē etiam capilli renascerē tur in nobis. Que oīa etiaz manifestū est eē impossibilia. Cū manifestū sit capillos ó tātos fuari posse donec in eadē magni tudine sint alij generati Q̄ si dixerit quia non de pnbus capilloz sed de totalitate intelligendū est totū vicz quia cuz capilli vel pili ad eaz magnitudinē puenerint vt vltra in eo cuius sunt partes crescere non debeāt tunc regenerabūt z non añ. Et eo dēmodo se hz de pilis lana cornib⁹ et de alijs supfluitatib⁹ animaliū. Sermo iste multis modis apparet eē erroneus. Pri-

mum ga vel erit finis vniuersalis omniū hmōi quēadmodū ipi ponūt reiceptiōz vniuersalē aut deducēt paulatim vnūqō qz ad finē suum. Qℓ si fuerit finis vniuersalis oim ꝛ postmodū statim reinceptio necesse ē vt fiat hoc altero duoz modoz viczvt subito vel per successiōes sicut facte fuerunt ipe regenerationes. Qℓ si subito habebunt igit ꝛ ancipitres ꝛ agle ꝛ alie aues que renouāt plumas suas tot paria plumaz simul quot mutationes habuert ipaz. Simlr ꝛ cerui tot paria cozniū quot mutatiōes ipsoz fecerūt. Simlr ꝛ equi habebunt vngulas cū omnibꝰ detruncationibꝰ que eis facte sunt tāta multitudine ꝛ freqntia ferrationuz. Simlr ꝛ oues cū omnibus velleribus que tot tonsiōibꝰ ammiserūt reparabunt. Et oēs tyri cum omnibus pellibus qs tot renouatiōibus deposuerūt ipi vo boes cū duobus paribus dentiū ꝛ cum ridiculosa ac deformissima immensitatē vnguinū quare manifestū est impossibile eē vt ammisse superfluitates sic viczsuccessiue ꝛ p partes psumpte siue corupte simul restituāt eis quoz fuerūt. Manifestū autē est hoc in folijs floribus ꝛ fructibꝰ arboz. sic ꝛ in frōdibꝰ arboz. Quare frōdes sepe rescindūtur qles sunt salices ꝛ vites ꝛ silue cedriue. Jn bus aūt manifestū est oēs pnoiatas superfluitates simul eē non eē possibile Qℓ si dixerit qz non simul fiet ista renouatio sed successiuez p partes ꝛ eodē ordine quo fluxerūt p corruptiōz generabilia reuertent vt iterū fluāt. tūc reddit raciocinatio in idipm qd pus viczvt q modo nepotes sunt in cētesima vel amplioz nūeri generationē nepotes in quā pgenitoz suorum fient viceuersa ipi pgenitores illoz in non minoris numeri generatiōes Accidit etiā aliō impossibile fm hoc. qz vel in ista regeneratioe erunt oēs boes infantuli. Simlr ꝛ oēs mulieres vel erit sicut modo ē. Si oēs infantuli ergo sine patribus ꝛ matribꝰ ex qbus ergo nati sunt et a quibus geniti, hec igr via manifeste impossibilis ē nec esset renouatio ista. sz potius quantū ad hoēs vniuersalis corruptio atqz mortificatio. puuli em statim qz nati ꝛ geniti nec p diem viuere possent sine matribus vel nutricibus. Si vero tūc erūt illis patres ꝛ matres ꝛ nutrices sicut ꝛ modo. Manifestū igitur ē non esse generationē vniuersi generabilis atz corruptibilis aut forsitā diurare velut q iste status qui modo ē. eius est. status quem somniāt generationis. Amp. Accidit in pluribus generabiliū ꝛ corruptibilium q pticulatim ꝛ nō in vno loco corrumpi tur. Qualiter igr intelligunt regenerationem huius fieri ꝛ conuenire materijs de tam diuersis ꝛ tam remotis locis vt vnaz virtutē agentem eē que agat simul in totalitatem materie disperse sic ab vno em agente necesse ēvnumqd qz generabilium generari. Qℓ si dixerint qa creatoris quā constat esse potētissimā fiat renouatio ista et non virtute nature neqz virtute alicuius agentis per naturā. Jn hoc iam declinat ab erroze isto ꝛ incipiunt appropinquare veritati. Uerum cōtrarij sunt sibiipis cū pauloante adiecisset quia circulatio mūdi superioris causa ē circulatiōis mundi inferioris de qua agitur. Amp. accidit eis. Annū istum hoc est reuersiōis ꝛ reparationis quā ponūt nō potius incepisse ab inicijs motum stellarū ꝛ illuminarium et ipsius spere stellarū fixarum qs ab alijs q buscunqz punctis vel terminis motuū eorundem ab isto em nunc incipit status quidam rerum generabiliū ꝛ corruptibiliū qui terminabitur in vltimo nunc trigintasextamiliū annoz qui ab isto nūc incipiunt. Et ad hunc modū est videre de quolibet nūc si quia ab ipo incipit tpus trigintasexta milium annoz. Quare similr est status siue seculum generationū et corruptionum ꝛ aliarū mutationū que future sunt in totalitate tpis illius ꝛ similiter renouatio futura in vltimo temporis illius Jn quolibet igitur nunc incipit annus vtens qui est annus fluxus generabilium ꝛ corruptibiliū et renouationis atz reuertionis ipsarum. De hoc autē qd nonnullos mouisse videri potest exphiloz ophis ꝛ adhuc mouere videtur multos et vulgaribus hominibus ꝛ alijs animalibus virtutē generatiuā pmanere ꝛ operari generationem donec appropinquet finis vite eoz eandem pseuerantiā virtutis generatiuez generationis vident in terris ꝛ aquis nec apparet vllus defectus vel debilitatio vel hinc vel inde. Quia igit vis generatiua et operatio eius causa ē continuitatis ꝛ perseuerantie rerum generabilium ꝛ corruptibiliū necesse est perseuera

rez per hennē esse generationē z corruptionem in illis. Quare statum generatōis est nec vnq̄ habiturum eē finem Jn rebz enim pseuerantibz in eē necesse est defectuz z defectibilitatē apparere z etiā in causis earum. Nos autē ayunt videmus cōcupiscentias virōz etiam mulieres z econuerso non minores eē infilijs z filiabus quā in parentibus fuerint solicitudines generandi et nutriendi nubendi z nuptui tradendi. Eodēmodo se habet de agricolationibus z vegetatiōibus et nauigationibus et alijs hmōi vite accionibz. quare inqūt sic ē modo z ita sp erit pq̄ enim ne q̄ apō causas neq; apuō defectus inuenit defcūs neq; debilitas neq; lassitudo nec ēseuerare z exeq pseuerare inq̄ pseuerā tia buiz hoc ē vniuersalitatē et successiōis hec autē raciocinatio debilis est et est sermo iste hominū qui naturam solam posuisse videntur et gubernationē dei altissimi cui totaliter seruit natura penit igno rasse. Sicut em equus validissimus quādiu ei vires suppetūt sessorem ptat motu vno et equali. Ueruntamē in voluntate sessoris est motū eius vel omnino sistere vel accelerare vel aliter moderari sz apō equz nec lassitudo nec debilitas aliqua sit nec noua virz ei accrescit. Sed creatoris virtus dominantissima cursus hmōi naturaliter sit sistere oūno cū noluerit et accelerare z retardare absq; lassitudine z debilitate earū potest p beneplacito suo lassatis etiā et ex debilitatis naturis vires et nouas dare et veteres cōfortare z sicut molendinarius fluxuz aque vel sistit vel auertit vel liberū dimittit put vult. Silr sistit eundē et retinet etiam ipm cum vult facit inundare copiosius. Non est igr in potestate nature vt fluat vel vt magis vel minus fluat vel etiam vt stet fluxus eius sed in sola potestate creatoris regentis em sapientia sua cuius non ē enarratio et potentia sua imperiosissima moderantis eā z scripserunt pphete illuminati splendore qui vocatur pphetia. Hanc etiam cognouerunt et scripserunt sapientes christianorum eiusq; crudelitatem gentis sue cōtra doctrinis suis et exhortationibus nō tanq̄ veram tantuz sed tanq̄ salutarem et creatori placitam firmare solicite studuerunt. Attribuunt ergo philosophis causis uaturalibus in aliquib vltra quā omnis conpeteret. Sicut per me alibi didicisti. Fortassis autem aliquid veritatis subest sermoni auicenne licet habeat contradictionem multā et fortem. Sermo autez ipsius est quem dixit de duabus naturis videlicet vniuersali et particulari. Jntelligo inquit per naturam particularē virtutem propriaz regiminis vnius indiuidui videlicet regitiuam vnius indiuidui et intelligo per naturam vniuersalez virtutem infusam in substantias celorū quasi vnā rem et gubernantē vniuersitatem generationuz et adiecit quia motus qui intendit in infinitū est vnus per continuatio nē et intellexit per infinitū durabilitatem in terminatam ipsius motus celestis quā generationum immundo sublimari et in hoc errauit. quia siverum ē quod intellexit de natura vniuersali ex necessitate esset intentio ipsius hoc est nature vniuersalis contra ordinem et beneplacitū creatoris quē dico posuisse terminū generationuz sicut scies in sequentibus. Manifestū etiam est tibi quonā intentio nature vniuersalis q̄ ponit in infinitū durabilitatis taz motus celestis quā generationū non potest esse nisi altero duoz modorum hoc ē vel particularis vel vniuersalis et intelligo intentionem particularē in infinite durabilitatis vnius indiuidui et vnius motus vel vnius generationis. Hec autē intentio non solum frustra est sed etiam impossibilis cū impossibile sit ad huiusmodi indiuiduoz fm intentionē ipsius durare in infinitū Non em de celestib indiuiduis sed de solis sublimaribus loquit. Si vero vniuersalis est ista intentio non solum impossibilis videtur sed etiam ridiculosa z hoc ē qm̄ non intendit generatiōis durabilitatē infinitā. Uirtus illa quā ot naturam vniuersalē. necesse est vt intēdat simul durabilitatē corruptionis infinitā. Quapropter erit intentio hec non solū vt generentur indiuidua infinita sublimaria et infinitū sed etiam vt corrumpantur Similiter quare erit intentio hec naturalis ad cōtraria et intendet hec natura nō solū generare sz etiā corrumpe et destruere q̄ generauit. Hoc aūt non videt eē possibile vt natura vna et eadē ptraria intendat. Ridiculosa etiā est qm̄ intentio edifi-

candi ⁊ destruēdi vnam ⁊ eādē domū in edificatore ridiculosa ē. Et q edificat domū vnam ⁊ edificādo destruit. p̄ inde est. ac si eam nō edificaret. Q̄ si dixerit q̄ durant per partem aliquā tp̄is indiuidua generabilia et corruptibilia vicz tēpore vite ea que viuunt ⁊ sic vnumq̄q; aliorum.

Manifestū est tibi quia vita ipa non durat nec p̄manet. Quare recipiēdo vitā ammittunt eā ⁊ p̄sequēter viuēdo morīūtur ⁊ moriendo viuūt. De hoc etiā q̄ dixi quia virtus hmōi intendit in infinitū videtur q̄ eomodo posset dixisse qō similiter intendit in nihilū quōniam quēadmodum intendit in eē per generationē continuam. Sic intēdit in non eē per corruptionem continuā. quap̄ropter in nihilum. De eo vero q̄ dixit virtutem hmōi infusam in substantias celorū. Scitō q̄ habz dubietatem ⁊ inuolutionē multam. Primum de hoc q̄ dixit virtutē ac si intelligeret vnam v̄tutem eē in substantijs omnium celor̄. Tu autē scis quia nec vna q̄litas nec anima vna infusa pōt eē in substantijs omniū celorum. Etiā fm sententiam ipius cū ipsemet posuerit ⁊ se declarasse crediderit in libro suo quē scp̄sit de aia q̄ vnicuiq; corpori aiato est aia p̄pa ⁊ nulla eadē multī ⁊ de q̄litatib⁹ atz alijs accidētibus nec tibi nec alij dabiū qn ap p̄opāte sint figillatim suis subiect̄. Substantiā vero separatā non intellexit v̄tutē infusam in substātias celor̄. Cū infusio et separatio p̄traria sint. Si v̄o intellexit v̄tutem istā ipsam eētiā creatoris ⁊ intellexit eā infusam in substantijs celor̄ qm̄ in illis ē vt in vnaq̄q; eaz non quēadmodū sensit abubacer sarracen⁹ q̄ dixit in expositione auditus Ar̄. q̄ deus erat sp̄us celi appropinq̄uit vt cūq; ad veritatē ⁊ hoc didicisti in p̄mo tractatu magisterij huiꝰ vbi te feci scire q̄ creator bñdictus ⁊ sublimis in vnaq̄q; substātiaz ē ⁊ ex ipa p̄sentia ē vnicuiq; eaz quicqd boni hz Omne em̄ bonuz ois v̄tus ois pulchritudo velō quedā redūdātia ē p̄mi ⁊ vniuersalis fontis. Q̄ si de hac v̄tute intellexit auicenne p̄monē p̄dictū p̄pter qd dixit eā infusaz eē in substātijs celor̄ cū in alijs substātijs sit eē infusa ñ dubitet Nō minorē quoq; dubietatē aut inuolutionē hz q̄ subiūxit in sermone suo vicz tanq̄z vnā rem. Utrū enim intellexerit virtutē illam infusam eē tanq̄z vnam rem an ipas substātias celorum esse tanq̄z vnaz rem. Reuertit eadē q̄stio que p̄ius videlicet cuiusmōi vnam rem intellexerit an vnam animā an vnaz qualitatem an vnam substantiā separatā sicut p̄dixi tibi ⁊ vnū quodq; istoz impossibile est sicut iā audiuisti. Si v̄o ipas substātias celor̄ noluit intelligere tanq̄z vnā rem. Hec intentio indubitater ē magis erronea Quis em̄ dicat substātias celorum esse vnā rem tanq̄z vnam rem. Nec minꝰ erroneū videt q̄ dixit v̄tutē illā gubernatē gubernationū. Cū generationes in multis generibus animaliū ⁊ vegetabiliū tot ea sibus ⁊ pestibus expōsite sint ⁊ multī modis corruptionib⁹. quaz pars magna de celis venire videtur. Qualiter igr̄ gubernans est generationē virtus illa quā tam multipliciter destruit. Frigus em̄ superfluum ⁊ calor immoderāt⁹. Similr siccitas ⁊ hūiditas destruūt multas er generationibus. Harū autem q̄litatū elementarū supfluitates ⁊ diminutiones ab hmōi virtute esse ipsemet posuit In generationib⁹ vero hominū eadem accidūt. Q̄ igitur intellexit generationē philosophus iste. Gubernatio nanq̄z ⁊ nauē ōfendit a piculis ⁊ naui puidet p̄tra ea. Nec gubernās aut gubernator nauis ōr̄ q ea scienter mittit siue immittit in picula vel naufragioz vel alia. Si vero v̄tus illa non inducit pericula gubernationū que p̄dicta sūt p̄mo p̄ter intentionē eius ⁊ cōtra voluntatē eueniunt gubernabilibus nō potest dici gubernans eaz simpliciter. Cū pericula generationū nec minora nec pauciora sint q̄z p̄fectus ipārum. Quap̄ropter ⁊ in puide cōmissa est hmōi gubernatio generationū vtpote ignare tot ⁊ tantoz̄ periculoz̄um vel infirme dū ea auertere ⁊ eisdem occurrere non potest. Ipa etiam virtus hmōi gubernationē istā suscepit quā supra p̄udentiā suam ⁊ vires eē ignorare non potuit nisi et ipa fecerit intollerabilē ignorantia obcecata

Contra origenē ō corp̄m anibilatiōe

Ostq̄z autem iam patefactus est tibi error iste quō posuerit quidā circularē renouationem generabilium ⁊ corruptibiliū ⁊ reuersiones mūdi sublimiaz iuxta reuersiones celorū stellaz ⁊ luminariū ad inicia motuū suoz ⁊ declarate sunt tibi absurditates ⁊ impossibilia que ex hmōi errore p̄ueniunt. Con-

sequens est vt alium errorē qui pene similis est huic incipiā tibi destruere et hic est error qui impositus fuit a quibusdaz vni ex precipuis doctoribus xpianorum z iste fuit ex sapientibus theologijs grecorum z vocatus fuit origenes. Apparebit autē tibijpsum nullatenus istud hoc sentētia z assertione dixisse non solum ex ꝟbis eiꝰ sed etiā ex incredulitate z impossibilitate erroris quo quattuor tāte sapientie z ditiones inuolui pertinaciter finaliterqz non potuit. Errorautem hic est videlicet q tota humana natura resoluetur in nihilum quantum ad corpora qm glorificatis animabus vsus copoz non erit necessarius et cum fm hunc errorem qn potius onerosus et cum fm opinionē omniū retro philosophātium corpora non sint animabꝰ būanis data nisi vt sanctificentur et proficiantur in eis perfectionibus qbus preparentur ad felicitatez eternam digne fiant eadem ad quā z propter quā solam creāte sūt. quare expleto isto myniſterio z obtenta ista vtilitate per ipsa cessabit. et esse earum tanqz viterius inutile et supuacuum sed et obtenta felicitate et gloria animaz qz remanebit in aiabꝰ nris naturalis mutabilitas sepabilitas a gloria huiusmodi tanqz eis aduenticia et accidente fiet immutatio in aiabus nec peccabūt desiderantes incorpo. ari propter cuiusmodi peccatū expiandum et sanctificationem animaz perficiendā erit vsus corporum necessarius quapropter fiet regeneratio corpoꝝ humanorū donec iterū preparatez sanctificate anime nostre obtinant denuo felicitatē predictaz a qua itez cadentibꝰ restituanf iterum corpa z hoc non habeat ineternū. Impossibilitas igr istiꝰ erroris primū apparet ex eo q in eo dicitur quia vsus corporū non erit necessarius glorificatis animabꝰ. hoc em manifestū est esse falsum. In pmis qm nec p fectam possibile est esse gloriam animaz seorsum a corporibus quoniā vires quarum operationes sunt p corpus remanēt quasi extincte naturalis aūt molestia animarum nostrarū quā paciuntur ab impedimentis huiusmodi viriū certissimū iudicium est partem pfectionis z felicitatis earū esse perfectionē virium huiusmodi

Amp. quid est aliud dicere animā beatam vel glorificatā esse amisso vsu sensuum z aligrum viriū quibus operatur per corpus qz hominē plene beatum gloriosum eē cecum surdum et mutū aliisqz huiusmodi operationibus corpalibus omnino ineptum. Ne attendas autem mendacijs et deliramentis quorundā qui negant animas humanas videre audire et ceteras operationes que per corpus sunt exercere. sed hominē iuxta verbuz Aristotelis dicunt huiusmodi operatiōes exercere in anima. Cum manifestū sit operationes que per instrā fuerit sibi proprie ab ipso qui vtitur instrumentis et ipsum propre operationes huiusmodi operari. Cū igitur et corpus ipsum humanū totaliter instrumentū sit anime humane et membra singula similiter necesse est ipsaz operari operationes que per ea fiunt et eiusdem esse proprias pprieqz de eadem dici Videre igitur z audire ppie operatiōes sunt animarum cuius autē actus eiusdez z potētia quare visus z auditus z cetera hmōi que vires sunt potentie animarum humanarū. Quapropter z opposita earum videlicet cecitas et surditas et cetere ꝑuationes huiusmodi opposita em̄ semper et maxime ꝑuatio z habitus et circa idem naturaliter. Manifestū autem ē hoc in ꝑuatione z habitu. De hocvero q dixisse dicit quia corpora humana non sunt necessaria glorificatis aiabus et propter hoc cessabit eoz eē oino. Manifestum est q non sunt necessaria ad eē earum et adiuuātia sunt z impedietia multum ad pplementū bene eē eaz est enim non nulla pars bene eē earum gloria virium p̄dictarū qm̄ scire te faciam in seqntibus. Amp. si delectationes corpales extinguit in animabꝰ humanis omne desiderium delectationū spiritualium quātofortius delectationes felicitatis eterne que incomparabiliter maiores sunt extinguent in animabus nostris omne desiderium delectationū corporalium. Quare et desiderium in corporandi cū huiusmodi desiderium non sit nisi propter delectationes corporales. Nihil enim habet desierabile anime humane pro statu presentis vite nisi delectationes huiusmodi. Cetera enim quecunqz corpora sunt in ista miseria molesta et onerosa sunt animabus. Amplius. Amor eternorum ac celestium gaudiorū animas humanas fascidiare facit et debilitationes corporales et quod plus est pugnare contra eas

et earū desideria et insuper esse in hmōi corporib⁹ atq; desiderare dissolutionē ab ipsis ꝓpter innumerabiles molestias et impedimenta que ꝓstant eisdem. Quanto fortius igr̄ incogitabilis suauitatis illa felicitas non solūmodo extinguet in animabus nostris desideriū tam moleste tā q; onerose habitatiōis| qualis ē ꝓ statu miserie istius habitatio ea⁹ in corporib⁹ nostris. Amp̄. Manifestū est q; desiderium felicitatis illius facit odire aīas sctās habitationē corporum nostroꝝ. licz permodicū fit z iurta tepidum. Quanto forti⁹ igitur amor habitatiōis z glie celestis quo supra omnē cogitatum ardebūt cum eam continebūt non pacietur hmōi terrene habitatiōis desideriuz aduenire glorificatis animab⁹. Amp̄. amore illo in suo ardore permanēte impossibile ē amorem contrariū seu contrariuz desiderium aduenire vel esse in animabus beatis. Si igitur aduenit necesse est amorem illum vel tepescere vel frigere. Quare necesse est vt hoc fiat vno trium modorum. vicz in sacietate vl̄ fastidio vel corruptiōe puersitatis que fiat in animabus ipis. Jā aūt patefactuz ē tibi alibi q; z si sacietas z plenitudo ōsideriorꝝ cum lantissima apō felicitatē illam sic non tamē per eam minuif aut tepescit amor. Quēadmodū cōtingit in corpalibus delicijs que ardenti amore z desiderio nō habite diliguntur z appetuntur. Sua vo sacietate amorem sui minuunt et extinguunt. Jbi autem impossibile est sic se habere multis de causis Primū quia suauitas pme bonitatis nō eēt prima aut perfecta ex omnibus mōis suis si hoc mō sacia tiua eēt vicz vt amorē sui vel desideriū sui fruitione vel obtentu minueret. Amp̄. hoc ipm videmus in multis bonitatib⁹ que obtētu suo amorem sui augent donec plene ac pfecte obtineātur. Quādiu vero augent in subiectis suis augetur amor et desideriū earuz in eisdem subiectis. Cū autē in sua plenitudine et perfectiōe obtente fuerint z hoc certū fuerit obtinentibus quiescit quidez desideriuz qō est motus spūalis in ipsas amor autem earū permanet in sua plenitudine et perfectione. Quare impossibile ē vel amorē pme bonitatis vel gaudium qō ex ea est in gloria ibidem extingui| vel etiam tepescere Quare impossibile est cōtrarium alterutrius eorum illuc vllo modoꝝ attingere Contraria eiī impossibile est generaliter in eodem fm idem ee. Sz neq; pugnā contrariorū neq; rebellionē vllo modoꝝ patitur status ille. Amp̄. sicut ignis corpalis materiam calefactibilem in situ suo debito et coniunctiōe seu oppositione sibi conuenienter obuiantē frigere non patitur. Sic et in igne spūali se habere manifestū est z quēadmodum quanto ignis corpalis fortior atq; plenarior tanto oprrationē eius fortiorem atq; perseuerantiorē eē necesse est. Quia igr̄ pma ac purissima bonitas ignis spūalis ē cuius calor est amor in ipam ncie ē z substantias angelicas factas et animas beatas ꝓ magnitudine ignis istius atq; perseuerātia ab eo calefieri z ardere. Durante igitur coniunctiōe illa conuenientissima qua tante fornaci sic conīcte sunt impossibile ē eas vel tepescere vel frigere. quare impossibile ē eis contrarium ignez vel ardorem ad illas attingere Amp̄. quoniam amor vinculū est z quanto maior et fortior quāto maius z fortius vinculum tanto aruptura et dissolutiōe longi⁹ Quia igitur amor quo huiusmodi substātie pme ac pure bonitati alligate sunt et astricte i vltimitate magnitudinis erit ex necessitate in vltimitate elongatiōis aruptura et dissolutione. Erit igitur omnino irrūpibilis et dissolubilis z ꝓpter hoc impaciens cōtrarij amoris et desiderius Q; si dixerit q; desideriū eēndi in corpe siue in corpandi vel corpalis in habitationis non est ꝓtrariū amori celesti illius z gloriose habitatiōis. Dico q; fmo eius erroneus ē in hoc qm̄ desideriū istud ex necessitate aut ē desideriū vnde hmōi habitationis z ēlis sez ē in statu miserie plenius et tunc desiderat statū illum erumpnosū ꝓpter ipaz| eius miseriā q; est impossibile aut ē ꝓpter corpales delicias. z tic manifeste ꝓtrariū est amori delicioꝝ gloie sic iam alibi scire te feci vicz in capitulo destructionis padysi carnalis quē gens sarracenoꝝ post hāc vitā expectat aut ē ꝓpfectionē virium qbus operant p corpa sua et hoc ē indubitāter naturale desiderium et hr̄et molestias diuissimas z afflictionē grauissimā nisi vel spes resurrectionis corpm in qua hmōi pfectionē obtēture sunt eas ꝓsolaret vel ipa in q̄ sunt felicitatꝫ suauitas omnē hmōi dolorē ꝓpelleret vel potius absorberet quāq; et tam-

ta fit eis voluntatis rectitudo vt nihil eas velle vel desiderare patiatur nisi q̄ fuerit diuine beneplacitum voluntatis nec desinunt etiaz ille due virtutes que pacientia et longanimitas vocantur quarū altera videlicet pacientia molestiarū amaritudines dulcorat altera videlicet longanimitas dilationis z longe expectationis tedium cōsolatur. Ubi vero tanto spei gaudio tantaq̄ obtinenda certitudine tantū p̄stat consolatiōis solacium vt tedium huiusmodi penitus pellat. Propter igr̄ istas causas manifestum est vllam ex carentia corporum molestiam nullū ex dilatione vel longa expectatione tedium apud illā felicitatem penitus posse esse. Manifestum est tibi etiam ex hoc q̄ audiuisti hic et ex alijs desiderium incorporandi fi naturale est hoc est ꝓpter perfectiones virium quib⁹ anime nostre operant in corpore et per corpus non esse peccatum nec culpabile vllomodo possibile. Quare ꝓpter expiandum illud non est necessarius vsus corporeus hoc est corpoz humanorum vel aliorum sed que ꝓpter vtilitates hominū creata sunt. Sed reuera ꝓpter perfectiones virium animaz nostrarum que per corpora operant vsus corporee nature necessarius est et erit semp z hoc nulla dubitat anima nisi que se z naturā suam ignorat. Reminiscere etiā hic quia a ꝑma z pura bonitate post q̄z hmōi glorificata iunctione cōiuncte et fuerint anime nostre nec violentia nec voluntate ꝓpria ab eadem sepabiles sunt. Causa aūt in hoc est quia violētia sublime felicitatis illius nullo modoz attingit sed neq̄z volūtate ꝓprie eas auerti ab eadē possibile est qm̄ omne q̄ ab alio voluntate ꝓpria separatur non separatur ab eo nisi altero duorum modoz siue alterutra duarū causaz vicz aut ꝓpter hoc qm̄ aliquid sibi molestum in eo sentit q̄ impossibile ē eē in ꝑma ac purissima bonitate aut ꝓpter hoc quoniā aliud suo placore seu sua suauitate illud attrahit et propter hoc necesse est ipsum esse maius cum placore et suauitate q̄z illō q̄ pro eo dimittit q̄ verum impossibile est esse apud fontalem bonitatem. Vides quia quēadmodum ꝑdixi tibi qa termo huiusmodi non est hominis q vel naturam animarū humanaruz et diuine bonitatis suauitatem et ad modicum cognouerit adeo eñ rapit in se diuina bonitas z pulchritudo animas quibus se intuendam ac sentiendā exhibet z apponit vt aliud eis cogitare vel non liceat vel nō Et si enim aliud vel alia videant qui eum in tanto humane que illuminatiōe intellectus intuentur in ipso et per ipm et ꝓpter ipsum hoc faciunt. Quapropter nō tanq̄z sperant et seorsum aspectuq̄z declinato ab incogitabili pulchritudine creatoris illud intuentur in ipso intuitu pulchritudinis ipius qnantoq̄z iam clarius tantoq̄z certius vnūquodq̄z aliorum cognoscunt et vident quanto in luce ac pulchritudine creatoris magis est defixus et a declinatione elongatioz eorum intuitus Faciam autem te scire in sequentibus quia quicquid cognoscunt vel angeli sanct vel intelligentie si tamen sunt q̄ dico quia eorum esse nondum stabilitum est apud me. z iam super hec aliq̄n in precedentibus audiuisti. Dico igr̄ quia quicquid cognoscunt magis cognoscunt illud in creatore id est intuendo creatorez ipsum q̄z aciem intellectus dirigentes in illud et idem dico de animab⁹ que secundū doctrinam christianoz et gloria angelorum iam beate sunt et de omnibus alijs glorificādis sicut scies in sequentibus.

Unc autē reuertar ad alias partes promisse diuisionis et dicam quia in fascidibilitas ē de ꝓprijs perfectionibus diuine bonitatis atq̄z suauitatis. Alioquin nec prima nec pura esset neq̄z ex modis suis omnibus perfecta neq̄z enim mediocris perfectio est in bonitatibus ac suauitatibus in fastidibilitas. Auplius. si fastidibilis esset. esset necessario z molesta atq̄z contristans possessores suos fastidium enim longum ex necessitate sequitur contristatio. Quare non esset delectans nisi ꝓpter sui desiderium vel famem hoc autē modo et cineres et carbones et lutum sordidissimū delectabilia sunt quibusdam egrotantibus Similiter quibusdam mulierib⁹ pugnātibus et quibusdam parvulis. Manifestum igitur est tibi q̄z longe a veritate senserit de diuina bonitate si qs nunq̄z i isto errore errauit. De tcio ꝙo mēbro diuisionis vicz de corruptione q̄ statum illius felicitatis vllomodorum attingat adeo palam. Si quis inde dubitat non rationibus aut ꝓbationibus tradendus

in hoc sit sed magis supplicijs cohercēd?
Amp. si appropinqtio ad creatorē elōgatio est ab omni corruptione et cōtagio
Manifestū igr est qr quecūqz sunt in vltimitate appropinqtatī ad ipm st in vltimitate elongatois a corruptione pdicte aūt substātie in vltimitate sunt appropinqtatis ad ipm cum sint pximissime. Quare necesse est eas eē in vltimitate elōgatio nis a corruptiōe. Nulla igr est appropinquatio corruptioni ad ipas. Amp. est appropinqtio ad creatorē. s. assimlatio sanctitatis et bonitatī que igr substantie st in vltimitate ppinquitatis ad ipm sunt in vltimitate assimlatiōis ad ipz. Quare im possibile est ad ipas pingere corruptiōz aut contagiū peccati. Amp. si virtus r scientie sancte defendūt animas in statu miserie istius ab ingnamētis r cōtagijs viciorum et peccatoz vbi totr tam fortes insultus sunt r pene contio et tam longe repellunt ea ab ipis. Quanto fortius virtutes glorie que incōpabiliter maiores r fortiores sunt vtutibus hmōi vite phibe bunt accessum ingnamentī hmōi ad substātias que in ea sunt presertim cū nullus insultz nulla pugna oīno sit ibi circa vtutes aut possessores eorū solius creatoris.

Quare manifestum est omnes angelos simul creatos fuisse non igitur incessanter r continue creantur Ad id vero qd dicit de largitate creatoris. Rñdeo quia si continua ē generatio r corruptio et ipi ponut nulla videt largitas creatoris. Cū em omne qd dat per generationē auferat per corruptionē pene idem est ac si nō daret. Et insuper si resurrectio mortuorū nō est futura. maior est ablatio ipsius incomparabiliter quā donatio ipius cum donatio sit ad modicū tēporis. Ablatio vo ad perpetuū per generātionē enim obtinēt ea que generant vt sint ad modicū r breue temporis p corruptionē vera amittunt esse perpetuo. Quia igr eorum esse tēpore breui finitur ipm vero non esse eorum infinitū est cum nō sit ipōrum resurrectio futura verū et necessitate qd dixi. Amp. Cum sicut indigent esse generabilia ita indigeāt r ptinuatione et ppetuatiōe ipsius eē et hoc possit eisdem dare largissimz creator absqz vllo detrimēto seu diminutiōe diuicias suaz aliquid igr in datū relinqtur apud ipm qd sine detrimēto r diminutione rerū suaz dare posset quo et oēs homines indigere. Manifestū est igitur et oīa alia que generant r corrūpuntur.

Manifestū est igr pncipiuz rationis hmōi erronei eē falsum. Qi si oīe rit quia non ē pueniens creatori dare immortalitatē seu perpetuitatē eēndi hominib? aut aialibus alijs aut etiā vegetabilibus. Uerū vtiqz dicit sed causam penit? ignorauit. Si em dixerit hoc qd hoies non sunt receptibiles immortalitatī qntum ē de statu qui nunc appet in natura hūana Uerum vtiqz dicit non tñ sic effugit. Qm manifestū est possibile esse creatori statū nature hūane mutare in melius et firmare vitam in hoibus atz plongare qntum voluerit cū multī medicinis ad hmōi virtutis dederit hoc ē virtutē renouādi r cōfortandi naturā humanā et progandi eandem virā. Renouādi autem vtutem innelige qlis apparet in thyro serpente r alijs rapacibus multis. Latet etiā et latuit hmōi iusmōi erroneos vtilitas mortī in hoīb? precipua nanqz et finalis vtilitas existentie animaz hūanaz in corpibus suis hec est sanctificatio r purificatio eaz a passionib? que illas a nobilitate sua degenerare faciunt atz deūciunt et in brutalē ignobilitatē ealdē trāsuertunt sic dixit sermo phicus quia homo cōparatus est iumentis insipictib? r filis factus ē illis. Similit ōterso r elimatio ab immūdicijs viciorqbus vel obtenebrant vt multa sibi salutaria oīno non videant vel incrassantur vt eaſminus videant atqz difficile cognoscant. Cū hijs aūt est exornatio ac decoratio virtutū ac scientiarū quibus adeo accepte placitoqz creatori efficiuntur vt eas dignas reputet felicitate et gloria eterna ad hoc autē tua mors corporū non mediocriter vtilis ē que a delicijs corporalib? et diuicijs bonorib? potētijs r vanis laudibus qbus anime hūane obtenebrant inebriant horribiliterqz deturpant atqz ipī creatori odibiles efficiunt ipsa sui meditatione et timore homines abrumpit r separat r amorem rerum hmōi velut pestiferum mortiferumqz incendium extinguit in ipsis. Si enim per mortē tam cito auferenda pnomiata hoies tam furioso amore diligūt vt eis tā mirabiliter captiuentur iebriēt desipe brutalit? ppellāt qd eēt si ppetuo eis habēda pcederēt a creatore Deniqz ipe amor vite psentis non solū cathena ē que alligatas animas hūanas in

